certa scientia et mero motu nostris, volumus, concedimus, ordinamus, et stabilimus per presentes, pro nobis heredibus et successoribus nostris, quod idem custodes et gubernatores possessionum, reventionum, et bonorum dictæ liberæ scholæ grāmāticalis Edmundi Grindall nuper Cantuariensis archiepiscopi in Kirby Beacock alias Saint Beghes in comitatu Cumbriæ, et eorum successores, in re, facto, et nomine de cætero sunt et erunt unum corpus incorporatum et politicum de se imperpetuum, per nomen custodum et gubernatorum possessionum, reventionum, et bonorum liberæ scholæ grāmāticalis Edmundi Grindall nuper Cantuar archiepiscopi in Kirby Beacock alias Saint Beghes in comitatu Cumbriæ incorporatum et erectū. Quodque per idem nomen perpetuis futuris temporibus cognoscentur, vocabuntur, appellabuntur, et nominabuntur, habeantque successionem perpetuam. Ac ipsos custodes et gubernatores et successores suos custodes et gubernatores possessionum, reventionum, et bonorum liberæ scholæ grāmāticalis Edmundi Grindall nuper Cantuariensis archiepiscopi in Kirby Beacock alias Saint Beghes in comitatu Cumbriæ incorporamus, ac unum corpus incorporatum et politicum per idem nomen imperpetuum duratur. realiter et ad plenum creamus, ordinamus, facimus, constituimus, stabilimus per presentes. Ac insuper volumus, concedimus, ordinamus, facimus, constituimus, discernimus pro nobis heredibus et successoribus nostris per presentes quod quādoquocunque et quotiescunque contigerit aliquem vel aliquos predictorum custodum et gubernatorum possessionum, reventionum, et bonorum dictæ liberæ scholæ, sive successorum suorum pro tempore existē. mori, preter prepositum collegii Reginæ in academia de Oxonia pro tempore existē. et dictum rectorem et successores ipsius rectoris, quod, tunc et toties, bene liceat et licebit aliis dictorum custodum et gubernatorum et successorum suorum ad tunc superviventium, vel majori parti eorundem, aliam idoneam personam vel alias idoneas personas in locum vel locos sic morientis vel morientium in officium custodis vel gubernatoris seu custodum vel gubernatorum successuū. vel successuū. eligere et nominare, et hoc de tempore in tempus toties quoties hujusmodi casus acciderit. Et quoad hujusmodi prepositum et dictum rectorem et successores ipsius rectoris, volumus et per presentes pro nobis heredibus et successoribus nostris concedimus, quod si aliquis prepositus collegii Reginæ in academia de Oxonia in vita existat dicto tempore confectionis harum literarum nostrarum patentium, quod tunc omnis et unusquisque alius prepositus collegii Reginæ in academia de Oxonia pro tempore existens, de tempore in tempus perpetuis futuris temporibus, erit ex numero custodum et gubernatorum possessionum, reventionum, et bonorum dictæ liberæ scholæ absque alia nova electione; et quod si aliquis rector ecclesiæ parochialis de Egremount predictæ in vita existat dicto tempore confectionis harum literarum nostrarum patentium quod tunc omnis et unusquisque successor dicti rectoris, de tempore in tempus perpetuis futuris temporibus, erit ex numero custodum et gubernatorum possessionum, reventionum, et bonorum dictæ libera scholæ absque alia nova electione; quoque tam unusquisque prepositus dicti collegii quam unusquisque rector dictæ ecclesiæ qui juxta veram intentionem harum literarum nostrarum patentium erit custos et gubernator possessionum reventionum et bonorum dictæ liberæ scholæ, de tempore in tempus, habeat et gaudeat et habere et gaudere valeat et possit adeo plenam et liberam potestatem in omnibus et per omnia, et ad omnia et singula agendum, perimplendum, et expediendum prout aliquis alius custos et gubernator predictus quovismodo habere seu gaudere debeat et possit; ac quod quādoquocunque et quotiescunque contigerit aliquem vel aliquos eorundem custodum et gubernatorum possessionum, reventionum, et bonorum predict. pro tempore existentium obire, preter hujusmodi prepositum et predictum rectorem et successores ipsius rectoris, ac residū custodum et gubernatorum ad tunc superviventium, vel major pars eorundem, aliam idoneam personam vel alias idoneas personas in locum vel locos sic morientis vel morientium ad officium custodis et gubernatoris seu custodum et gubernatorum predictorum successuū vel successuū eligere et nominare recusaverunt, neglexerunt, vel desisterunt, per spatium sex septimanarum prox post mortem eorum aliquorum sic morientis vel morientium, quod tunc ob defectu eorundem custodum et gubernatorum et successorum suorum, aut majoris partis eorum, sic in ex parte deficientis vel contra veram et puram intentionem harum literarum nostrarum patentium in ex parte recusa. negligē. vel desiste. Episcopus cestræ et successores sui pro tempore existentes, aliam idoneam personam vel alias idoneas personas in locum vel locos hujusmodi custodis et gubernatoris vel custodum et gubernatorum possessionum, reventionum, et bonorum liberæ scholæ predictæ sic ut prefertur morientis vel morientium successuū. vel successū. de tempore in tempus, eligere, nominare, et appunctuare valeat et possit, prout sibi magis expediend. videbitur, et hoc toties quoties casus sic in se exigerit et exquisiverit. Et ulterius volumus et ordinamus, ac pro nobis heredibus et successoribus nostris, per presentes



presentes concedimus prefatis custodibus et gubernatoribus et successoribus suis, quod de cætero imperpetuum habeant commune sigillum ad negotia sua, juxta tenorem et veram intentionem harum literarum nostrarum patentium, discernitur et quod ipsi et successores sui per nomen custodum et gubernatorum possessionum, reventionum, et bonorum liberæ scholæ grāmāticalis Edmundi Grindall nuper Cantuar̄ archiepiscopi in Kirby Beacock alias Saint Beghes in comitatu Cumbriæ sint et erunt persepe habiles et apte et lege capaces ad habendum perquirendum et recipiendum bona, catalla, et maneria, terras, tenementa, redditus, revertiones, servitia, reventiones, annuitates, possessiones et hereditamenta quæcunque, Ita quod non tenentur de nobis heredibus vel successoribus nostris immediate in capite, vel per servicium militare, tam de nobis heredibus et successoribus nostris, quam de aliquo sive aliquibus corpore seu corporibus, politico et incorporato sive politicis et incorporatis, sive de aliqua alia persona vel de aliquibus aliis personis quibuscunque, ad sustentationem et manutationem scholæ predictæ, et ad relevamen pauperum scholarium in unversitatibus predictis, quodque per dictum nomen prosequi, placitare et implacitare, defendere et defendi, respondere et responderi possint et valeant in omnibus et singulis causis, quærelis, actionibus realibus personalibus et mixtis, ac in omnibus et omnimodis aliis sectis et quærelis quibuscunque, cujuscunque generis sive naturæ, in quibuscunque placeis locis et curiis nostris ac placeis locis et curiis heredum et successorum nostrorum, ac in placeis locis et curiis aliorum quorumcunque justiciariis et iudicibus ecclesiasticis et secularibus infra regnum nostrum Angliæ vel alibi, et adeo et ad omnia et singula alia faciendum agendum et recipiendum prout in eodem modo que ceteri legi personæ habiles et lege capaces infra eundem regnum nostrum Angliæ faciunt et facere poterunt in placeis locis et curiis predictis, et coram justiciariis et iudicibus predictis; et quia prefatus Edmundus Grindall nuper Cantuariensis archiepiscopus in vita sua fecit et constituit diversa bona idonea et salubria statuta et ordinationes in scriptis concernentia et contingentia ordinationem, gubernationem, et directionem pedagogi et scholarū in schola predicta, et custodum et gubernatorum possessionum, reventionum, et bonorum ejusdem scholæ pro tempore existentium, ac stipendii et salarii pedagogi ejusdem scholæ, et omnimoda alia eandem scholam vel ordinationem gubernationem preservationem seu dispositionem bonorum, catallorum, maneriorum, terrarum, tenementorum, pratorum, pascuorum, pasturarum, redditum, revertionum, annuitatum, possessionum et hereditamentorum quorumcunque, ad sustentationem et manutationem ejusdem scholæ seu pedagogi aut ad relevamen pauperum scholarium in universitatibus predictis dand. concedend. et appunctuand. quovis modo concernentia et tangentia. Quæ quidem Statuta et Ordinationes idem nuper archiepius in duobus sepealibus libris papiri scribi fecit, quorum unus in Anglicanis verbis intitulatur, Statutes and Ordinances made and published by the most reverend father in God Edmund by the divine providence of God archbishop of Canterbury, primate of all England and metropolitane, for the better government and ordering of his Free Schoole in Kirby Beacock alias Saint Beghes, in the county of Cumberland, and of the lands, tenements, and goods thereto belonging, the 3d day of July Anno Domini 1583. Et statuta et ordinationes contenta in eadem libro ultime nominat. scribuntur et continentur in octo foliis ejusdem libri, et ad eundem librum sigillum archiepiscopale dicti nuper archiepi appensum, et alter vero in Latinis versibus sic intitulatur Statuta per reverendissimum in Christo patrem ac dominum dominum Edmundum providentia divina Cantuariensis archiepiscopum, totius Angliæ primatum et metropolitanum, calend Julii 1583. edita et promulgata pro electione gubernatione et sustentatione verrius socii et duorum scholarium in aula sive collegio Beatæ Mariæ Valencicæ vulgariter nuncupata Pembroke Hall in Cantabrigia, et statuta et ordinationes contenta in eodem altero libro scribuntur et continentur in sex foliis ejusdem libri et ad eundem librum sigillum archiepiscopale dicti nuper archiepi similiter appensum est. Volumus et concedimus et per presentes pro nobis heredibus et successoribus nostris precipimus omnia eadem ordinationes et statuta per predictum Edmundum Grindall nuper archiepiscopum Cantuariensis facta, inviolabiliter observari, de tempore in tempus imperpetuum. Et preterea de uberiori gratia nostra ac ex certa scientia et mero motu nostris, volumus, ordinamus, et concedimus per presentes, pro nobis heredibus et successoribus nostris, moderno preposito collegii Reginæ in academia de Oxonia, quod ipse infra tempus rationabile post confectionem harum literarum nostrarum patentium pedagogum scholæ predictæ nominare et facere possit et valeat, et quod ipsi modernus prepositus et omnis et quilibet alius prepositus dicti collegii Reginæ in academia de Oxonia pro tempore existens, de tempore in tempus imperpetuum, pedagogum scholæ predictæ, toties quoties eadem schola de pedagogo vacua fore contigerit, nominare

et facere possit et valeat, possint et valeant. Et ulterius volumus, ordinamus, et concedimus quod quocumque dictum officium pedagogi scholæ predictæ per mortem, resignationem, que quorumcunque alia modo in posterum vacuum contigerit, hac hujusmodi prepositus collegii Reginæ, in academia de Oxonia pro tempore existens infra duos menses hujusmodi vacationis proximos sequentes super rationabilem premonitionem resid predictorum custodum et gubernatorum scholæ predictæ, vel successorum suorum aut majoris partis eorundem, hujusmodi preposito pro tempore existenti in ea parte prius fiendam, aliam idoneam et literatam personam qui carmina tam Græca quam Latina condere, grāmaticamque Græcam, aliosque Græcos authores prelegere et interpretare possit et valeat, et qui infra comitatus Cumbriæ, Eboraci, Westmorlandiæ, vel Lancastriæ natus et oriundus fuit ad officium illud ibidem bene et fideliter agendum exequendum et exercendum, juxta veram intentionem harum literarum nostrarum patentium non nominaverit et appunctuaverit, quod tunc et toties pro hujusmodi defectu prepositi pro tempore existentis in ea parte sic deficientis bene liceat et licebit magistro sive custodi collegii sive aulæ Valenciæ, vulgariter nuncupat. Pembroke Hall, in universitate Cantabrigia, pro tempore existenti, de tempore in tempus, talem probum verum aptum literatum et idoneum hominem qui carmina tam Græca quam Latina condere, grāmaticamque Græcam, aliosque Græcos authores prelegere et interpretare possit et valeat, et qui infra predictos comitatus Cumbriæ, Eboraci, Westmorlandiæ, & Lancastriæ natus et oriundus fuerit, qui eundem officium exequi valeat et possit pro optima educatione et instructione puerorum et juvenum, ad scholam predictam ea causa venientium, prout discretionem sive magis videbitur necessarium et opportunum ea vice nominare assignare et appunctuare. Et quod prepositus collegii reginæ in academia de Oxonia pro tempore existens, advisamento et consensu episcopi diocesis Cestriæ predictæ pro tempore existentis, ex nunc de tempore in tempus imperpetuum, faciat et facere valeat et possit idonea et salubria statuta et ordinationem in scriptis concernentia et tangentia ordinationem gubernationem et directionem pedagogi et scholarium scholæ predictæ pro tempore existentis, ac stipendii et salarii ejusdem pedagogi, ac alia omnia et omnimoda eandem scholam vel directionem gubernationem preservationem et dispositionem maneriorum, messugiarum, terrarum, tenementorum, redditum, revertionum, serviciorum, reventionum, annuitatum, possessionum, et hereditamentorum quorumcunque ad sustentationem et mantentionem ejusdem scholæ vel pedagogi ejusdem, aut ad relevamen pauperum scholarium in universitatibus predictis dand. reddend. concedend. sive appunctuand. quovismodo tangentia sive concernentia. Ita tamen quod ordinationes et statuta predicta non sint contraria sive repugnantia predictis statutis et ordinationibus per predictum Edmundum Grindall nuper Cantuariensis archiepiscopum sic ut prefertur fact. Quæ quidem statuta et ordinationes sic per hujusmodi prepositum pro tempore existentem fienda, pro nobis heredibus et successoribus nostris volumus concedimus et per presentes firmiter precipimus inviolabiliter observari de tempore in tempus imperpetuum. Et ulterius de tuberiori gratia nostra dedimus et concessimus, ac pro nobis heredibus et successoribus nostris quorumcunque in posterum dand. et assignand. ad sustentationem scholæ et pedagogi predicti et ad relevamen pauperum scholarium in universitatibus predictis, ut predictum est, de tempore in tempus, disponantur et convertantur ad sustentationem et mantentionem scholæ et pedagogi predicti et ad relevamen pauperum scholarium in universitatibus predictis et non aliter nec ad aliquos alios usus sive intentiones quas-cunque. Et volumus et per presentes concedimus prefatis custodibus et gubernatoribus et successoribus suis quod habeant et habebunt has literas nostras patentes sub magno sigillo nostro Angliæ; debito modo factas et sigillatas, absque fyne seu feodo magno vel parvo nobis in hanaperio nostro seu alibi ad usum nostrum proinde quoquomodo reddendo, solvendo, vel faciendo. Eo quod expressa mentio de certitudine premissorum sive eorum alicujus, aut de aliis donis sive concessionibus per nos aut per aliquem progenitorum nostrorum prefatis custodibus et gubernatoribus ante hec tempora factis, in presentibus nomine facto existit, aliquo statuto actu ordinatione provisione sive restrictione inde in contrarium facta edita ordinata seu provisiva, aut aliqua re causa vel materia quacunque in aliquo non obstante. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Westmonasterium decimo quinto die Junii anno regni nostri vicesimo septimo.

Per breve de privato sigillo, Ga. Gerard.

JACOBUS Dei gratiæ Angliæ, Scotiæ, Franciæ, et Hiberniæ, fidei defensor, &c. St. Bees School.  
 Omnibus ad quos presentes literæ pervenerint, salutem. Sciatis quod nos pro ea cura et affectione quam pro puerorum et juvenum educatione et instructione in virtute et bonis literis singularem habemus ac ut de cæteris melius provideri possit pro manutentione et relevamine liberæ scholæ gramaticalis Edmundi Grindall nuper Cantuariensis archiepiscopi in Kirby Beacock alias Saint Beghes in comitatu Cumbriæ, et pauperum scholarium ex eadem schola de tempore in tempus prodeuntium ad universitates nostras Cantabrigiæ et Oxoniæ seu earum alteram, de gratia nostra speciali ac ex certa scientia et mero motu nostris dedimus, concessimus, ac per presentes pro nobis heredibus et successoribus nostris damus, et concedimus, dilectis subditis nostris custodibus et gubernatoribus possessionum, reversionum, et bonorum liberæ scholæ gramaticalis Edmundi Grindall nuper Cantuariensis archiepiscopi in Kirby Beacock alias Saint Beghes in comitatu Cumbriæ et successoribus suis, ad perpetuam sustentationem et manutentionem ejusdem scholæ et pedagogi ejusdem et ad eruditionem pauperum scholarium in eadem schola, de tempore in tempus instruend. et erudiend. omnia illa sexdecem messuagia sive tenementa nostra cum pertinentibus, ac omnia et singulæ terras, tenementa, prata, pascua, pasturas, comünias, vastas, redditus, reversiones, servicia, et omnia alia hereditamenta nostra quæcunque cum eorum pertinentibus unjversis quæ nunquam ante hoc demisa sive occupata fuere, cum eisdem messuagiis sive tenementis aut eorum scituatis, jacentibus et existentibus in villa sive hamlet de Sandwath in predicto comitatu Cumbriæ modo vel nuper in sepealibus tenuris sive occupaçonibus Willielmi Latis, Johannis Simpson, Willielmi Bank, Leonardj Bristowe, Thomæ Millbourne, Anthonij Fox, Willielmi Dalby alias Dale, Jenet Hodgetson nuper uxoris Edmundi Hogeston defuncti, Thomæ Hogetson, Anthonij Fox, Thomæ Wickileff, Roberti Wickleff, Alexandri Richardson, Willielmi Painter, Wjlli Borodale, Anthonij Dawson, Richardi Saunderson, aut eorum aliquorum vel alicujus, aut assignatorum suorum, aut assignatorum eorum aliquorum vel alicujus, nuper parcelas possessionum nuper cellæ Sanctæ Begæ in eodem comitatu Cumbriæ dicti nuper monasterij Sanctæ Mariæ prope Eboracum modo dissoluti dudum spectan et pertineñ. ac parcellæ manerii Sanctæ Begæ modo vel nuper existeñ. Ac totam illam pasturam ovilem sive communiã pasturæ pro trescentis ovibus vocatam Sandwach March in predicto comitatu Cumbriæ modo vel nuper in tenura sive occupatione Willielmi Latus, nuper parcelam possessionum dictæ nuper cellæ Sanctæ Begæ in eodem comitatu Cumbriæ nuper monasterij Sanctæ Begæ in eodem comitatu Cumbriæ dicto nuper monasterij Sanctæ Mariæ prope Eboracum, et Robertum Painter vel eorum alterius vel assignatorum suorum vel assignatorum eorum alterius, et modo in feodi firma Jacobo Grindall clerico et Jacobo Crosthwaite et heredibus suis concess. ac totum illud commune pratum nostrum vocatum Sowmore jacentem et existentem infra villam et campos de Kirby Beacock predicti ac modo in communi occupatione tenentium predictorum, ac solum illud Fogag sive le after-pasture unius prati vocati the Goseynge jaceñ in villa et campis de Kirby Beacock predicti modo vel nuper in tenura sive occupatione Richardi Young vel assignatorum suorum. Ac totam illam Fogag sive le after-pasture unius alii prati jaceñ. juxta molendinam aquaticum vocat the Beck Milne in Kirby Beacock predicti modo vel nuper in tenura sive occupatione Willielmi Latus vel assignatorum suorum. Ac totum illud annuale redditum nostrum sexdecem solidorum octo denariorum vocatum Walke Mill Silver annuatim solubilem in commune inter tenentis predicti manerii Sanctæ Begæ. Ac totum illud annuatim redditum nostrum viginti quatuor solidorum excurtium de manserio de Hensingham in predicto comitatu Cumbriæ ac nuper pertinentem Johanni Skelton armigero. Ac omnia quatuor illa messuagia sive tenementa nostra jacentia et existentia in villa et campis de Hensingham et Wray in dicto comitatu Cumbriæ, ac omnia terras, prata, pasturas, et pascuas eidem quatuor messuagiis sive tenementis pertinent. modo et nuper in sepealibus tenuris sive occupationibus Johannis Grindall, Johannis Benson, Johannis Brown, et Roberti Lister, vel eorum aliquorum vel alicujus, vel assignatorum suorum vel assignatorum eorum aliquorum vel aliquibus, ac omnia perquisitiones et proficiend, curiæ nostræ ibidem per perticular inde volunt comünibus annis, et duos solidos sex denarios per annum, quæ omnia et singula premissa superius per presentes pro concess chalonei militis defunct et perticular inde in toto attingunt ad annum redditum sive

St. Bees School.

sive valorem octo librarum ceto solidorum unius quadrantis. Ac etiam omnia et singula messuagia, molendina, domos, edificia, structura, horrea, stabulas, columbarias, horta, pomaria, gardina, shopas, cellarias, solaꝝ, terras, tenementa, prata, pascua, pasturas, communias, vastas, campos Bruce moras maris, boscos subboscos et arbores, decimas, fructus, proficua, aquas, piscarū, piscationes, warrenna, mineꝝ, quarū, redditus, revertiones, et servicia tam liberorum quam custumarū tenentium, opera tenentum, firmas feod. annuitates fynes, amerciamenta, cuꝝ leet, vis et franꝝ pleꝝ curiæ et leetæ, perquisitiones et proficua, ac omnia ad curiam leetam vis franꝝ pleꝝ pertinentia, catalla, waviat, extrahuꝝ, escover. et communias escover. nundina, mercata, tolnet theola preconcessa aut in aliqua inde parcella ratione vel pretextu alicujus certa dein concessionis seu confirmationis per nos seu per aliquem progenitorum aut antecessorum nostrorum ante hoc, vel concessu seu confirmatione aut ratione vel pretextu alicujus legitimæ prescriptionis, usus, seu consuetudinis ante hoc habitæ seu usitatæ aut aliter quorumcunque legali modo jure seu titulo, ac adeo plene libere ac integre ac in tam amplo modo ac forma prout nos ea omnia et singulæ premissæ habendum tenendum & gaudendum predicta messuagia, terras, tenementa, prata, pascua, pasturas, boscos, sub boscos, commoditates, advantagia, emolumenta, et hereditamenta, et cætera omnia et singula premissa per presentes preconcessa, cum eorum juribus meinbris et pertinentibus universis, prefatis custodibus et gubernatoribus possessionum reventionum et bonorum liberæ scholæ grammatialis Edmundi Grindall nuper Cantuariensis archiepiscopi in Kirby Béacock alias Saint Beghes in comitatu Cumbriæ et successoribus suis ad solum et proprium opus et usum ipsorum custodum et gubernatorem possessionum reventionum et bonorum liberæ scholæ grammatialis predictæ et successorum suorum in perpetuum statuo de terris et tenementis aut aliqua alia re causa vel materia quacunque in aliquo non obstante tenendum de nobis heredibus et successoribus nostris: et de manerio nostro de Sheriffe Hutton in comitatu nostro Eboraci in libero et communi soccagio per fidelitatem tantum et non in capite nec per servicium militare quoquo modo reddendo solvendo seu faciendo. Et ulterius de uberiori gratia nostra sp̄iali ac ex certa scientia et mero motu nostris dedimus et concessimus ac per presentes pro nobis heredibus et successoribus nostris damus et concedimus prefatis custodibus et gubernatoribus et successoribus suis omnes exitus, redditus, revertiones, annuitates, proficua, et arrearagia quæcunque omnium et singularum premissarum superius per presentes preconcessas a vicesimo quinto die Maii ultimo preterito hujusque proveniend̄ cresseñ emergeñ debito incursum sive solubilem habendum iisdem custodibus et gubernatoribus ex dono nostro absque compte seu aliquo alio proinde nobis heredibus vel successoribus nostris quoquo modo reddendo solvendo seu faciendo. Et ulterius de ampliori gratia nostra ac ex certa scientia et mero motu nostris volumus et concedimus prefatis custodibus et gubernatoribus predictis et successoribus suis quod hæ literæ nostræ patentes vel inrotulamentum earundem erunt in omnibus et per omnia predictos custodes & gubernatores aut successores suos procurandæ & obtingendæ. Non obstante male nominand̄ vel male recitand̄ aut non recitand̄ predicta messuagia, terras, tenementa, et cætera premissa vel aliquam inde parcellam. Et non obstante non inveniend̄ officium aut inquisitionem premis̄ aut alicujus inde parcellæ per quæ titulus noster invenire debent ante confectionem harum fratrum nostrarum patentium. Et non obstante male nominand̄ male recitand̄ aut non recitand̄ existunt vel existit. Et non obstante de quod de nominibus tenentum fumariorum sive occupatorum premissorum vel alicujus inde parcella plena vera et certa non fit mentio. Et non obstantibus aliquibus defectibus de certitudine vel computatione aut declaratione veri annui valoris sive occupatorem premissorum aut alicujus inde parcella. Et non obstante statuto in parlamento domini Henrici nuper regis Angliæ sextæ antecessoris nostri anno regni sui decimo octavo facto et edit. et non obstantibus aliquibus aliis defectibus in non recte nominand̄ naturam genus species quantitates et qualitates premissorum aut alicujus inde parcella: Volumus etiam ac per presentes concedimus prefatis custodibus gubernatoribus quod habeant et habebunt has literas nostras patentes sub magno sigillo nostro Angliæ debito modo factas et sigillatas, absque fyne seu feodo magno vel parvo nobis in hanaperio nostro seu alibi ad usum nostrum proinde quoquo modo reddendo, solvendo, seu faciendo. Eo quod expressa mentio de vero valore annuo aut de aliquo alio valore vel certitudine premissorum sive eorum alicujus aut de aliis donis sive concessionibus per nos seu per aliquem progenitorum nostrorum prefatis custodibus et gubernatoribus ante hæc tempora factis minime fact̄ existit aut aliquo alio statuto, actu, ordinatione, provisione, proclamatione sive restrictione in contrarium inde ante hoc facta, edita, ordinata, seu provisiva, aut alique alia

alia re, causa, vel materia quacunq̄ue in aliquo non obstante. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes teste meipso apud Westmonasterium vicesimo quinto die Junii anno regni nostri Angliæ, Franciæ, et Hiberniæ secundo, et Scotiæ tricesimo septimo.

Per breve de privato sigill.

Wilkinson.

JACOBUS Dei gratia Angliæ, Scotiæ, Franciæ, et Hiberniæ rex, fidei defensor; &c. Omnibus ad quos presentes literæ pervenerint, salutem. Inspeximus quoddam Breve nostram de errorandâ curia cancellariæ nostra emanandum dilecto et fideli nostro Thomæ Smith militi, clerico parliamentorum nostrorum directum, una cum quodam returno sive endorsamento endorso ejusdem Brevis nostri facto et incerte in cancellariam nostram predictam retornatum et in filanis ibidem de recordo residentem in hæc verba. 'Jacobus Dei gratia Angliæ, Scotiæ, Franciæ, et Hiberniæ rex, fidei defensor, &c. dilecti et fideli suo Thomæ Smith militi clerico parliamentorum nostrorum salutem. Volentes certis de causis morari de et super tenore ejusdem actus parliamenti facti et stabiliti in parlamento nostro apud Westmonasterium nono die Martii anno regni nostri Angliæ, Franciæ, et Hiberniæ primæ, Scotiæ tricesimo septimo, inchoat. et ibidem per diversas prorogationes tento et continuato de per et concernentia confirmatione literarum patentium confectione gubernatoribus scholæ grammatialis apud Saint Bees in comitatu Cumbriæ, tibi mandamus quod tenorem actus predicti cum omnibus cum tangentibus nobis in cancellariam nostram sub sigillo nostro distincto et apte sine dilatione mittas unacum hoc breve. Teste meipso apud Westmonasterium vicesimo octavo die Maii cum regni nostri Angliæ, Franciæ, et Hiberniæ quarto, et Scotiæ tricesimo nono, Brut. Râ." Executio istius Brevis patet in scedula huic brevi annexa Thomas Smith clericus parliamentorum. Inspeximus etiam scedulam sive tenorem actus prementionati manu et sigillo ipsius Thomas Smith subscriptam et sigillatam virtute dicti brevis nostri in cancellariam nostram predictam retornati, eidemque brevi annexam, ac in filanis ibidem de recordo quoque resideñ in hæc verba: "In parlamento inchoat. et tenē. per prorogationem apud Westmonasterium quinto die Novembris anno regni serenissimi atque excellentissimi domini nostri Jacobi Dei gratia Angliæ, Franciæ, et Hiberniæ quarto, et Scotiæ tricesimo nono, atque ibidem continuat. usque ad et in vicesimum septimum diem Maii tunc proximum sequentem, et prorogato usque ad decimum octavum diem Novembris prox sequentem, coī oīm de moī tam spiritualium quam temporalium et civitatū consensu et regiæ majestatis tunc presentes assensū inactitatum inordinatum et stabilitatum fuit hoc statutum ad vbum ut sequitur.

In all humbleness beseecheth your most Excellent Majesty, your loyal, most bounden and faithful subjects the keepers and governors of the possessions, revenues, and goods of the Free Grammar School of Edmund Grindall, late Archbishop of Canterbury, in Kirby Beacock alias Saint Bees, in the County of Cumberland,—

That whereas your most royal Majesty, by your Highnesses letters patents dated at Westminster the 25th day of June, in the year of your reign of England, France and Ireland the second, and of Scotland the 37th, of your most gracious favor and godly disposition, for the better maintenance of the said school wherein divers of the youth of your realm of Scotland are and may be very conveniently instructed in learning, being situate over against Kirby Beacock, in Scotland, hath given and granted to the said keepers and governors and their successors, certain messuages, lands, tenements, rents, and hereditaments, with their appurtenances, at or near to the said Saint Beghes, otherwise called Saint Bees, late parcel of the possessions of Sir Thomas Chaloner knight, deceased, under such tenure and service as in and by the said letters patent, amongst other things more at large appeareth: May it therefore please your most Excellent Majesty, of your most noble and abundant grace and favour, at the most humble petition of the s<sup>d</sup> keepers and governors, That it may be enacted, ordained, and established by your Majesty, and by and with the assent and consent of the lords spiritual and temporal, and the Commons of this present parliament assembled, and by the authority of the same; and be it enacted by the authority of the same, that the said letters patents, and all the grants and things therein contained or ment<sup>d</sup> shall stand, and be taken, reputed and adjudged, good, sure, perfect, effectual and available in the law to all intents and purposes and constructions against your Majesty, your heirs, and successors, under the tenure and service in the said letters patent contained or mentioned; and that

St. Bees School.

the said keepers and governors and their successors, shall and may for ever have hold and enjoy all and singular the said messuages, lands, tenements, rents, and hereditaments, and all other things, with their and every of their appurtenances whatsoever in the said letters patent contained, mentioned, or expressed, and every part and parcel thereof, under the tenure and service in the said letters patent contained or mentioned, free, exonerate, and discharged of all incumbrances other than these hereafter expressed against your Majesty, your heirs and successors, and against the said Sir Thomas Challoner knight, deceased, and his heirs, and all other person and persons that should or may claim any title in or to the premises or any part thereof, by, from, or under the title of the said Sir Thomas Challoner knight deceased; and the tenants and occupiers of the said messuages and other the premises, and every of them, for and in respect of the said messuages and other the premises, shall for ever have and enjoy such commodity, custom, and privilege of wood and coals, within the manor or lordship of Saint Bees, as they now lawfully have and enjoy, and which time out of memory they have lawfully had and enjoyed; saving to all lessees, their exors and assigns, all leases or terms of years or lives made of the premises, or any part thereof, by the said Sir Thomas Challoner knight deceased, or by the late Queen Elizabeth or by your Majesty. And saving to every other person and persons, bodies politic and corporate, their heirs and successors, other then your Majesty your heirs and successors, other then the heirs of the said Sir Thomas Challoner Knight deceased, and other then all such person and persons as may claim any estate or estates of inheritance, by, from, or under the title of the said Sir Thomas Challoner, knight deceased, all such estate, right, title, action, remedy, lease, interest, condition, service, rent, profit, charge, emoluments, hereditaments and other demands whatsoever, as they or any of them lawfully have or hereafter lawfully may have or claim, of, in, to, or out of the said messuages, lands, tenements, rents, hereditaments or other things in the said letters patent mentioned or contained, or any part thereof, in as ample and beneficial manner, to all intents and purposes, as if this act had never been made. And your said most bounden subjects, the keepers and governors and their successors, and all that shall from time to time be brought up in the said school, and the poor tenants of the said messuages, shall therefore justly be occasioned as otherwise, also they shall be most bounden daily to pray to God for your Majesty's long and prosperous preservation, in all honour, prosperity and safety, and your heirs for ever in happiness to reign over us.

Ego Thomas Smith, miles, clericus parliamentorum virtute brevis supradicti domini nostri regis de certiorand. mihi direct. et his annex. certifico superius hoc scriptum unum esse tenorem actus parliamenti supradicti in eo breve express: In cujus rei testimonium sigillum nomenque meum apposui atque subscripsi, datum tricesimo die Maii anno regni dicti domini regis, viz: Angliæ, Franciæ et Hiberniæ quarto, et Scotiæ tricesimo nono, concordat cum originali.

Exa<sup>n</sup> Thom. Smith, Cleric. Parliamenti.

Nos autem sepa<sup>t</sup> tenor brevis rectorum et scedul<sup>u</sup> sive tenor actus predicti ad requisitionem custodum et gubernatorum scholæ grammatialis predictæ duxim<sup>u</sup> exemplificand. per presentes. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Westmonasterium quinto die Junii anno regni nostri Angliæ, Franciæ et Hiberniæ quarto, et Scotiæ tricesimo nono.

BRUT. RA.

FIFTH  
R E P O R T

FROM THE

SELECT COMMITTEE ON EDUCATION,  
&c.

VIZ:

APPENDIX, (B.) DOCUMENTS.

---

*Ordered, by The House of Commons, to be Printed,*  
8 June 1818.

---

## APPENDIX (B.) DOCUMENTS;

*VIZ:*

N° I. —The Statutes of Trnity College Cambridge - - - - - p. 363.

N° II. —The Statutes of St. John's College Cambridge - - - - - p. 404.



*Sabbati, 30<sup>o</sup> die Maii,*

HENRY BROUGHAM, Esq. in the Chair.

Mr. *Henry Ellis* called in; and Examined.

**Y**OU are keeper of the Manuscripts in the British Museum?—I am.  
What have you brought with you?—The Statutes of Trinity College Cambridge, and the Statutes of St. John's College Cambridge.

Mr.  
*Henry Ellis.*

[*The Witness delivered in the same, and they were read, as follows.*]

Appendixes,  
N<sup>o</sup> I & II.

Have you no copy of the Statutes of University College in Oxford?—As far as I can find, we have none.

Do you know where any such copy is to be found?—I do not.

Have either of these sets of Statutes ever been printed?—I am not able to answer that question. With permission of the Committee I will just add, that his Grace the Archbishop of Canterbury, who is one of our principal Trustees, desired me to say, that he hoped the Manuscripts would be safely returned to the British Museum when the Committee had done with them.

## APPENDIX (B.)

### N<sup>o</sup> I.

#### STATUTA COLLEGII S<sup>TR</sup>E & INDIVIDUÆ TRINITATIS CANTABRIGIENSIS.

[MS. Donat. Mus. Brit. 659.]

**E**LIZABETHA Dei gratiâ Angliæ, Franciæ, et Hiberniæ Regina, fidei defensor, &c. dilectis nobis in Christo M<sup>ro</sup>, socijs ac discipulis Collegij sanctæ et individuæ Trinitatis in Academiâ Cantabrigiensi. Quoniam noster charissimus pater et rex illustrissimus Henricus Octavus in Academiâ Cantabrigiensi foelicissima virtutis ac literarum alumna, florentissimum omnis humanitatis et scientiæ domicilium maximis impensis instituit, et subsecutus excellentissimæ memoriæ Rex, et frater dilectissimus Edvardus Sextus, idem Collegium omnibus partib<sup>9</sup> perpolivit, et sanctissimis legibus ad pietatem et doctrinam conformavit. Nos cum ipsius Academiæ Cantabrigiensi, tum etiam hujus Academiæ sanè membri præclarissimi statum recenti quadam calamitate depravatum esse cognoscentes, quam primum his malis remedium inveniendum esse judicavimus. Quapropter nostro mandato descenderunt ad inveniendam et corrigendam Academiæ conditionem consideratissimi viri Matthæus Parker Archiepiscopus Cantuariensis designatus, D. Guil. Cecilius eques et secretarius noster præcipuus, Academiæ Cantabrigiensi Cancellarius, Antonius Cocus eques, Guilielmus Billus Doctor sanctæ Theologiæ, et magnus noster eleemosynarius, Gualterus Haddonus, Legum Doctor, et supplicum libellorum magister, Guilielmus Meius Legum Doctor et decanus Pauli, Robertus Hornus sanctæ Theologiæ Doctor et decanus Dunelmensis, Jacobus Pilkingtonus sanctæ Theologiæ Bacchalaureus, et Collegij Divi Johannis prefectus, et Thomas

N<sup>o</sup> I.  
Statutes of  
Trinity College,  
Cambridge.

Wendeus medicus regalis, qui cum suâ præstanti diligentia Cantabrigiensem Academiam a vitijs et erroribus repurgaverunt, tum etiam in hoc nostro magnificentissimo Collegio, quod sanctæ et individue Trinitati inscriptum est, separatim elaboraverunt, et institutiones in eâ saluberrimas posuerunt, ut nihil jam absit huic augustissimo literarum et artium fonti præter obtemperacionem et moderationem illorum, qui in hâc nobilissimâ doctrinaram sede collocabantur. Ut autem peculiare hujus nostræ regalis domus leges majorem auctoritatem haberent, et faciliore animadversionem, eas universas in hanc præsentem libellum colligi curavimus, quem vobis quasi perfectam morum & studiorum regulam et repræsentamus et comendamus, & eundem libellum ut inviolatum et sacro-sanctum esse possit, magno sigillo nostro Angliæ communivimus. Deus spiritum copiosissimè vobis infundat, ut Collegium vestrum ad omnem posteritatem pietatis et scientiæ maturos et uberes fructus ferat. Datum in palatio nostro Westmonasterij quarto calendarum Aprilis, anno Regni nostri secundo.

---

PROPORTIO sive DISTRIBUTIO COLLEGIJ SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS a Rege Henrico Octavo fundati auctoritate regiâ descripta et confirmata.

---

### Caput primum.

---

MAGISTER Collegij unus esto.

Sint socij scholares sexaginta, quorum alij, socij majores, alij socij minores appellentur: Socij majores, qui sunt doctores Theologiæ; Bacchalaurei, qui sunt ejusdem facultatis, et Magri Artium: Socij minores qui sunt Baccalaurei Artium.

Sint discipuli scholares, sexaginta duo, quorum quadraginta vocentur discipuli fundatoris: viginti discipuli Reginæ Mariæ; et duo Thomæ Allen presbyteri.

Sint tredecem scholares pauperes, qui nominentur Sizatores, ex reliquiis mensæ sociorum majorum victuri.

Sint viginti unus ad sanctum Dei cultum piè et religiosè quotidie in Collegio exequendum: Quorum quatuor sint presbyteri, et appellentur Sacellani; et sex seculares, et vocentur Clerici; decem pueri symphoniaci, et Choristæ nominentur; et unus qui choristas doceat, organaq; pulset.

Sit item unus qui choristas gramaticam doceat.

Sint pauperes viginti ex fundatione Henrici Octavi fundatoris, quatuor ex fundatione Thomæ Allen presbyteri.

Sint octo quasi Consiliarij, qui vocentur Seniores.

Sint domestici Officiarij sex; quorum unus sit Vice-magister, duo Decani, duo Thesaurarij, & unus Senescallus pro comæatu sociorum.

Sint Concionatores duodecem, vel ad minimum octo.

Sint Lectores pro Collegio novem, quorum unus vocetur primarius, et quatuor sublectores pro Philosophiâ et Dialecticâ, unus etiam pro Græcâ linguâ, tertius pro Mathematicis, quartus pro Græcâ Gramaticâ.

Sint tres publici Lectores, pro Theologia, linguâ Hebraicâ, et Græcâ, qui in publicis scholis Academiae legant.

Sint porro externi Officiarii Collegij 4: unus eorum sit auditor, alter senescallus pro curijs, tertius attornatus, et quartus receptor generalis.

Sint famuli Collegij 14; unus registarius, unus custos sacelli, unum mancipium, janitor unus, coqui tres, & unus lixa, tonsor unus, duo promi, lotrices tres.

Sint 4 famuli præterea, quorum tres magistro inserviant, unus pro cubiculo, alter qui eum comitetur, & tertius qui equos custodiat, quartus verò equos Collegij servet.

Sint deniq; sex equi sumptibus Collegij sustentati, tres pro Magistro, et tres pro Officiarijs, quando ad Collegij negotia obeunda exeunt.

---

## Caput 2. De Magistri officio.

PRINCIPIO cùm a capite cui reliqua membra subjecta esse debent exordium capiendum sit, statuimus & ordinamus ut in hoc Collegio sit unus Magister tanquam caput cui cæteri omnes pareant; sitq; ita moribus & doctrinâ institutus, ut sicut honore cæteros antecellit, ita eximiâ pietate, et singulari rerum cognitione eos antecellere, merito æstimetur. Sitq; vere Catholicus, et Orthodoxus, sitq; præterea, sacro Presbyterij ordine initiatus, et gradu Doctoris Theologiæ, vel Bacchalaurei saltem, ejusdem facultatis insignitus. Res Collegij et negotia, ita administret, ut non suum, sed commune solum comòdum quærere videatur; et neq; gratiæ in causis cognoscendis decernendisq;, neq; odio, neq; ulli perturbationi animi pareat: sed æquitatem ducem semper sequatur. Cujus nominandi et eligendi potestas, ut literæ patentes de ejusdem Collegij fundatione volunt, omninò penes nos successoresq; nostros esse volumus. Isq; pro Magistro, habeatur et accipiatur, Mgr̃i officio in omnibus fungatur, quem nos aut successores nostri præficiendum, perq; literas nostras patentes magno Sigillo nro Angliæ, aut successorum nostrorum sigillatas nominandum duxerim<sup>9</sup>. Quem quidem magistrum, sic nominatum & designatum, præsentem Vice-magister ejusve vicarius, aut maxime senior socius, reliquiq; socij assument et admittent in perpetuum Magistrum Collegij sanctæ et individuæ Trinitatis Cantabrigiæ. Atq; in hac súa admissione magister ipse antequam ullam Collegij administrationem suscipiat, aut ullis Collegij negotijs se ingerat, in hanc formam in Sacello coram universo ejusdem Collegij cœtu, sine ullâ protestatione jurabit. Quod quidem si recusaverit, eum nullo modo in Magistrum dicti Collegij admitti volumus.

Ego N. N. a Regia majestate magister hujus Collegij sanctæ et individuæ Trinitati dedicati designatus, juro et Deo teste promitto et spondeo me veram Christi religionem omni animo amplexurum; Scripturæ autoritatem hominum judicij præpositurum; regulam vitæ et summam fidei ex verbo Dei petiturum; cæteraq; quæ ex verbo Dei non probantur, pro humanis habiturum; autoritatem Regiam in hominibus summam, et exterorum episcoporum jurisdictioni minimè subjectam, æstimaturum; et contrarias verbo Dei opiniones omni voluntate & mente refutaturum; vera consuetis, scripta non scriptis in religionis causâ ante habiturum. Deinde me omnia dicti Collegij sacerdotia, fundos, prædia, possessiones, dominia, redditus, proventus, jura, libertates, privilegia, omnia deniq; bona sine minutione aut vastatione, quantum in me situm est, conservaturum. Statuta hujus Collegij in omnibus observaturum; eadem verè, sincerè, & omnino secundum sensum gramaticalem interpretaturum; omnes & singulos socios & discipulos, pensionarios, sizatores & subsizatores, & cætera ejusdem membra, ex ijsdem statutis et legibus, sine ullius generis respectu, aut conditionis aut personarum gratia, ordine rectorum et defensurum; atq; ut officarij omnes, socij ac discipuli, cæteraq; Collegij membra diligenter suum faciant officium, curaturum; tum me neq; meis, neq; alienis negotijs amplius quatuor in anno mensibus a Collegio abfuturum, nisi vel Collegij vel regni negotia, vel regia autoritas me aliò avocaverit, aut vis morbi, contagio, aut alia quæpiam causa necessaria ab octo Collegij senioribus aut majore parte eorum ante 16 dies post quatuor menses expletos approbanda, impediverit. Postremò, si munere Magistri, vel spontè abiero, vel jure legitime abducatus fuero, me omnia Collegij bona, quæ in meâ potestate custodiave sita sunt, aut esse debent, Vice-magistro, Decanis, & Thesaurarijs Collegij vel statim si id commodè fieri possit, vel infra 15 dies sine controversiâ, tergiversatione, aut aliquâ eorundem diminutione rediturum, et si quam Collegio pecuniæ summam debuero, id temporis obsides sufficientes daturum vice-magistro, et cæteris collegij socijs et scholarib<sup>9</sup> de eâdem pecuniâ penitus ante finem trium mensium proximè sequentium dissolvendâ, nullam litem, actionemve Collegio aut ijs qui me legitime abdicarunt, ea de causâ, unquam in posterum intentaturum. Hæc omnia in me recipio, Deoq; teste me pro virili facturum polliceor, sicut me Deus adjuvet, et hoc sacro-sanctum Evangelium. Ubi hoc sacramento sit

alligatus, deinceps sedem in choro sacelli magistro designatum capessat, tum hymnus Te Deum cantetur, atq; ex eo tempore plenum atq; integrum jus officij ac muneris sui, et omnia commoda fructusq; Magistro debitos percipiat.

### Caput tertium. De Seniorum numero & officio.

QUONIAM in omnibus causis plene cognoscendis ritèq; dījudicandis prudenti consilio imprimis opus est, idcirco statuimus & ordinamus, ut octo viri & gravitate & prudentiā præstantes, qui magistro in collegij causis tractandis decidendisq; præsidio sint, tanquam consiliarij adjungantur, hiq; vocentur Seniores, hiq; tum propter authoritatem tum propter gravitatem et prudentiam sint quasi primarij et principes in Republicā, viri quos cæteri omnes revereantur, & quorum consilium plurimi faciant. Quod si horum quispiam vel socium vel discipulum, vel ullum aliud Collegij membrum officio deesse, aut vitam parùm prudenter, & honestè instituere, aut literis indiligenter operam dare aliquando animadvertat, illum amicè comonefaciat horteturq; ut quod peccatum sit per imprudentiam id maturè corrigat. Horum quisq; dum e collegio exierit, socium maximè seniorem, qui non sit unus ex his octo senioribus, neq; alterius senioris vicarius pro se relinquat, eumq; in Registro notet. Omniū deniq; istorum vicarios ac deputatos eandem authoritatem in rebus omnibus habere volumus, quam illi ipsi cum domi sint, habeant.

### Caput quartum. De Vice-Magistri officio.

IN recta Collegij administratione quoniam magister neq; tantum oneris sustinere solus, neq; domi semper esse poterit; idcirco statuimus & ordinamus ut vice magister ei ad res obeundas adjungatur, qui tam absente illo, quàm præsentè, cum alios ordines, tum officarios imp' mis in officio contineat; et si muneri desint, eorum nomina ad magistrum deferat, qui suo & majoris partis octo seniorum arbitrato eos puniat, nisi pænæ pro eodem crimine expressa in statutis mentio fiet. Legum porrò ac statutorum custodia, rei divinæ & sanctarum precum frequentatio, literarum et virtutis progressus, ab eo spectentur diligenter, et procurentur; videat autem ut in delinquentes quomodo oporteat animadvertatur. Sit semper Bacchalaureus Theologiæ, aut Doctor ejusdem facultatis, nunquam autem inferioris gradus si commodè fieri potest. Sit etiam unus ex octo seniorum numero. Absente Magistro, a Collegio ne absit, nisi gravi causâ, eaq; a majore parte reliquorum seniorum, si magister absit approbanda. Ejus absentis locum et munus suppleat unus ex octo senioribus qui maxime senior est, modò non est Decanus vel Thesaurarius, quod si fuerit, tum quidem qui proximè senior est, illud munus obeat.

### Caput 5. De officio Decanorum.

CUM in quâq; Republicâ gubernandâ morum probitas et honestas vitæ spectanda sit, statuimus & ordinamus ut duo sint Decani, qui huic rei sedulò operam dent, et uterq; saltemve alter eorum Bacchalaureus sit Theologiæ, et ex numero seniorum, alter autem Magister Artium, vel Bacchalaureus Theologiæ. Hi Dei cultum piè, religiosè ac decenter exequendum curent, videantq; ut omnes socij, discipuli, pensionarij, sizatores et subsizatores, ut vocant, diebus festis & dominicis precibus vespertinis et matutinis, supplicationibus, et sacræ comunioni et concionibus, diebus autem profectis,\*  
\* Sic in MS. precibus in aurorâ inter horam quintam & sextam, quotidie intersint. Omnes socij qui absint, singuli trib<sup>9</sup> obulis, tarde autem accedentes aut egredientes obulo mulcentur. Omnes autem discipuli, exceptis bacchalaureis, pensionarij, item sizatores & subsizatores qui absint, si sint adulti ætate, hoc est, si 18 etatis annum confecerint; singuli obulo, tardè autem advenientes aut exeuntes quadrante mulcentur. Sin autem eum ætatis annum quem

quem diximus, non compleverint, in aulâ die Veneris castigentur. Bacchalaurei autem, quoniam reliquis discipulis ordine et gradu distinguantur, volumus, ut aliâ ratione tam pro re divinâ, quam pro patrio sermone puniantur. Ac propterea statuimus et ordinamus, ut in correctionibus die Veneris interesse neutiquam cogantur, sed Decani eorum nomina in schedulâ scripta habeant, et tam in festis diebus quam in profestis diligenter animadvertant, quis a re divinâ absit, quisve tardius venerit atq; absentes denario, tardè autem venientes et exeuntes obulo mulcent. Pro patrio sermone sic in eos animadverti volumus. Bacchalaureorum quisq; incipiendo a senioribus per hebdomadam integram monitor esto, schedulam omnia eorum nomina complectentem habeat, tam in aulâ quam in alijs locis intra Collegium Anglicè loquentes moneat, inq; schedulâ sua notet. Die Veneris horâ septimâ vesperi, eam ad Decanos deferat, ac quoties quisq; locutus sit Anglicè toties obulo a Decanis mulctetur. Sequenti septimanâ Bacchalaureus qui proximè senior est domi, pro patrio sermone monitor esto, et ita deinceps, et qui abfuerit, cum primum ad Collegium redierit monitoris officio proximâ septimanâ, post reditum suum fungatur. Tardos venire dicimus eos, qui in precibus vespertinis post primum Psalmum finitum, in matutinis post Venite; ad supplicationes, post illud, O sancta, beata, & gloriosa Trinitas, ad cõmunionem post mandatorum recitationem, veniunt. Quod si qui in inferiore parte sacelli maneant et chorum non ingrediantur, perinde puniantur, ac si absentes fuissent. Die autem Veneris semper septimâ hora vesperi correctiones per eosdem Decanos fiant, quibus omnes discipuli, exceptis bacchalaureis, pensionarij, etiam sizatores, et subsizatores intersint. Qui autem dum eadem peraguntur nomine appellatus non responderit, et ad finem earum usq; non permanserit, si adultus denario mulctetur, sin puer, die Sabbati castigetur virgâ; deinde eodem temporis momento sex monitores constituent, duos pro re divinâ, & quatuor pro sermone Latino, qui discipulos omnes, exceptis bacchalaureis, pensionarios, item sizatores, et subsizatores, qui in his duabus rebus peccaverint sedulo notent, eorumq; nomina et quoties deliquerint, in schedulis notata, die et horâ præstitutis ad Decanos deferant. Sex præterea discipuli, & quatuor sizatores qui sociorum mensæ ministrent, et unus sizator pro organis in singulas hebdomadas ordine ab illis designentur; hi si desint officiis, a Decanis quoq; plectantur. Mulctarum omnium dimidia pars Collegio, reliqua autem ipsis Decanis cedat. Porro ijdem Decani quo res divina magis decorè peragatur, unam ad primas vespurias cujusq; festi schedulâ scriptam secum afferant ad sacellum, in quâ notetur, quod quisq; officiũ eo festo sit obiturus, sitq; inquisitor in eâ scriptus, qui eandem circumferat, singulosq; sui officij cõmonefaciat; qui autem officio defuerit, si puer, virgâ, sin adultus 4 denarijs mulctetur. Quod si quispiam sociorum, discipulorum, pensionariorum, sizatorũ & subsizatorum ægrotaverit, aut gravi causâ per Decanũ seniorẽ, si præsens sit, vel eo absente per Decanum juniorem approbanda, impeditus fuerit, aut copiam ab altero Decanorum petierit, neutiquam pro rebus supradictis mulctari volumus. Porrò Decanorum qui senior est, disputationi Theologiæ, quæ die Veneris sit in sacello, junior autem disputationi quæ die Mercurij eodem in loco habetur, præsit, & moderetur. Uterq; simul Collegio ne absit, nisi gravissimâ de causâ, eaq; vel a Magistro, vel eo absente, Vice-magistro, & majore parte octo seniorum, approbanda. Deniq; neuter a Collegio discedat nisi fido et diligenti vicario qui suo munere eo absente sedulo fungatur, post se relicto, ejusq; nomine in Registro uti in statuto de exitu ex Academiâ præstitutum est conscripto, et uterq; tum in sacellâ, tum in aulâ, tum in areâ, cæterisq; locis videat, ut omnes honestè se gerant, eoq; habitu quo debent vestiti incedant.

## Caput 6<sup>rum</sup> De Thesaurariorũ officio.

QUONIAM in tali corpore necessarium est ut sint aliqui, qui rem familiarẽ sedulo curent, idcirco statuimus & ordinamus ut sint duo Thesaurarij, qui omnium sacerdotiorum, prædiorum, fundorum, agrorum, et possessionum, redditus, proventus ac vectigalia recipiant, ea cum receperint in ærarium

N<sup>o</sup> I.  
Statutes of  
Trinity College,  
Cambridge.

ærarium reponenda curent, res domesticas diligenter administrent, æs alienum quod Collegio debetur accipiant, rationem veram ac fidelem omnium acceptorum et expensorum reddant, ut salubris potus ac cibus sit curent, omnia ad Collegij usum necessaria de M<sup>o</sup> & octo seniorum sententia et autoritate præparent, ruïnosa ut reficiantur, ut omnia sarta tecta, sint videant, Collegij famulorum curam suscipiant, considerentq; ut singuli eorum suo diligenter fungantur officio. Nunquam vero vel Doctor vel Bacchalaureus Theologiæ ad minoris Thesaurarij munus eligatur. Porro cautum esto, ne Collegio uterq; Thesaurariorum simul absit, nisi Magistri, aut Vice-magistri, & majoris partis octo seniorum judicio commodum videatur. Senior eorum si fieri possit, semper curijs, quas vocant, intersit, vel eo alijs negotijs, occupato, junior illud munus exequatur. Atq; senior rerum externarum quoad poterit, junior autem domesticarum & familiarium curam gerat, uterq; pecuniam ad quotidianas & necessarios sumptus Collegij ex ærario depromptam, summamq; receptam, et diem mensis quo receipt suam ipsius manu in Rationario ad eam rem in ærario servatam scribat. Statuimus deniq; ut nihil, vel intra Collegium vel extra Collegium, aut extruendum aut reficiendum curent, nisi de Magi aut eo absente, Vice-M<sup>o</sup> et majoris partis octo seniorum sententia. Quod si fecerint, ipsi per Magistrum & majorem partem octo seniorum solvere cogantur.

### Caput 7<sup>mum</sup> De Senescalli officio.

\* *Sic in MS.* QUO melius rei famulari\* ac domesticæ prospiciatur, statuimus & ordinamus, ut sit unus sociorum majorum, Bacchalaureos autem & Doctores Theologiæ neutiquam hoc munus suscipere permittimus, qui cum Mancipio ad macellum et esculenta emenda curet, coquos & promos in officio contineat, summam expensorum cujusq; hebdomadæ pro commeatu erogatorum die Veneris una cum M<sup>o</sup> aut Vice-M<sup>o</sup> subducat. Nunquam præ manibus amplius quadraginta libris ad emenda esculenta de Collegij pecuniâ habeat, sed intra 10 dies post finem cujusq; mensis a singulis socijs, pecuniam pro se, & pro discipulorum et pensionariorum suorum commeatu & satione Collegio debitam exigit. Ad finem cujusq; quartæ totius anni, a coquis rationem exposcat de patinis, larcibus, acetabulis, et cæteris vasis ad culinam spectantibus; et si quid comperiat eorum negligentiam amissum esse, damnum præstare cogat. Quinetiam rationes mancipij diligenter considerat, efficiatq; ut suo munere sedulo fungatur, Mancipium ei diligenter inservire, ejusq; jussa libenter exequi mandamus. Anno autem vertente, cum rationes totius Collegii subducuntur, eum rationem omnium acceptorum et expensorum reddere volumus; et si quid præter commeatum in suos usus, aut aliter insumserit, illud totum reddere cogatur, et usq; eo commeatu et stipendio careat quoad reddiderit. Semper in aula, rarissimè in cubiculo, prandeat aut cœnet, nec ullo modo oneri aut sumptui sit Collegio.

### Caput 8<sup>um</sup> De Concionatorum officio.

CUM istud Collegium potissimum fundatum sit ad eos sustentandos qui literis sacris incumbant, et sacro-sancto Dei verbo docendo operam studiose navent, statuimus et ordinamus, ut sint Concionatores, si commode fieri potest numero 12, aut si paucitas idoneorum ita compulerit, ad minimam 8. Horum singuli primo anno quo electi sunt, octo conciones extra Academiam, vel intra, in templis potissimum eorum sacerdotiorum quæ sunt Collegij propria, et unam privatim in sacello Collegij, nullam pulsata campana, habeat. Qui hoc modo ad annum exercitati fuerint, deinceps singulis annis 14 conciones habeant, duas  
in

in Academiâ, alteram in templo divæ Mariæ, vel sancti Michaelis, pulsatâ campanâ, alteram in sacello Collegij, pulsatâ companâ, vel secus, ut ipsis videbitur, duodecem autem extra Academiam, vel intrâ eodem modo quo supradictum est. Ac pro his concionibus tam in Academiâ, quam extra Academiam habitis, singuli eorum qui sunt donati sacerdotio a Collegij thesaurarijs 26 solidos & 8 denarios, reliqui 4 marcas accipiant. Ac quo illis et melius et liberalius provideatur, potestas sit unius vel præbendæ, vel sacerdotij ad summū triginta librarum ultra salarium curati, et cætera Regi et Episcopo debita, una cum sodalitia suo in Collegio, omnibusq; ejusdem fructibus retinendi. Quod si vel duo habeat sacerdotia, vel unum cum præbendâ, vel duas præbendas, vel quoscunq; duos spiritualis dignitatis gradus, quos vocant promotiones, cujuscunq; summæ, vel si unum solum sacerdotium, præbendam, vel ullam aliam ecclesiasticam dignitatem, quæ summam supra demonstratam superet, post annum a Collegio discedat, sodalitiumq; cum omnibus fructib<sup>9</sup> & commodis ad idem spectantibus, amittat. Statuimus prætereà si quis sociorum qui non sit Concionator aut discipulorum, sacerdotium aut præbendam cujuscunq; summæ habuerit, aut si pensionē annuam quæ summam 10 librarum excesserit, aut possessiones aliquas hæreditarias dictam summam excedentes, aut stipendium pro toto vitæ tempore duraturum quod eandem sumam supaverit, ut post annum Collegio moveatur. Atq; Concionator quisq; qui sacerdotiū habet, provideat de Curato, ut vocant, idoneo, tum ut suo in Collegio fungatur officio, tum ne longius absit quam tempus præscriptum permittat. Cuiq; Concionatorum, præter novem absentia hæbdomadas reliquis socijs concessas, undecim prætereà concedimus; ut tum apud suum, si habeat, sacerdotium, tum apud alia, sicut lege præscriptum est sibi, concionetur. Sit deniq; ei permissa potestas quodpiam officium præter Vice-M<sup>ri</sup> aut Decani senioris recusandi. Quod si quispiam Concionatorum ullam ex prædictis concionibus extra Academiam habendis omiserit, 10 solidis, sin alteram ex duabus in Academiâ prædicandis, 20 solidis mulctetur; semel singulis annis proponet in schedulâ nominatum locos et dies in quibus est concionatus.

### Caput 9<sup>um</sup> De Lectorum officio.

EST quidem in Collegio administrando cum primis providendum, ut sint certi ad juventutem in literis instituendam designati; et ob eam causam statuimus & ordinamus ut sint Lectores novem; quinq; qui juventutem in dialecticis, quatuor qui alijs artibus & disciplinis imbuant, atq; ex illis unus Lector Primarius appellatur, qui cæteris præsit, et studiose provideat, ut tum legant diligenter, atq; interpretenter classibus suis designatis Dialecticam tum quod sint interpretati a suis discipulis in dies singulos reposcant. Hic autem toto illo tempore, quo ex Academiæ ac præcipuorum Collegiorum legibus, et consuetudine legi præscriptum sit, dieb<sup>9</sup> profestis horâ sextâ antemeridianâ, pulsatâ in aulâ campanâ, bacchalaureis omnibus qui nondum secundum gradus sui et ordinis annum penitus confecerint, (tertio namq; anno eos ab hâc lectione immunes esse volum<sup>9</sup>) sophistis item generalibus, siqui in eam classem adscripti sint, vel Aristotelis Physica vulgò nuncupata, vel libros de Ortu & Interitu, vel Meteora, vel libros de Animâ perlegat, præter Aristotelem in docendâ Philosophiâ, alium authorem prætereà neminem interpretatur. Cæteri 4 vocentur Sublectores, singuliq; eorum singulas classes instituunt. Primus legat Topica Aristotelis. Secund<sup>9</sup> exponat vel Rodolphum Agricolam de Inventione, vel librum de Elenchis, vel libros qui Analytici dicuntur. Tertius, Prædicabilia Porphyrii, vel Prædicamenta Aristot: vel libros ejusdem de Interpretatione, prout classis ipsius postulat. Quartus et infimus interpretetur Dialecticæ introductionem Johannis Setoni, sic ut classis infima comodâ introductione veniat ad Porphyrium paratior. Istorum Lectorum singuli horam in dies singulos quibus legere tenentur in classe suâ examinandâ consumant; dimidiatam vero in authore interpretando. Atq; quoties quisq; quatuor officium suum aut prætermiserit aut negligentur fecerit,

fecerit, toties a lectore primario 4 denarijs mulctetur. Quod si ipse lector primari<sup>9</sup> suo muneri aliquando defuerit, quoties abfuerit, toties a Magistro, vel eo absente, Vice-Mag<sup>ro</sup> 8 denarijs mulctetur, nisi causa p hunc vel illum approbata obstiterit, quod etiam de reliquis lectoribus, & sublectoribus intelligi volumus. Lectorem porrò primarium mandamus, semel vel sæpiùs in quaq; hebdomadâ, inferiores classes adire, et nunc hanc, nunc illam tentare quid profecerint, et utrum Sublector illi classi assignatus, officium suum et munus diligenter obierit. Ex classibus si quisquam abfuerit, is a lectore proprio, si adultus sit, mulctetur denario, sin tardiùs venerit, obulo; quod si impubes sit, virgâ castigetur; verum si neq; hoc modo in officio contineri possit, a lectore primario deducatur ad Mag<sup>ru</sup>, vel eo absente, Vice-Magistrum, et puniatur prout Lex de majoribus criminibus postulat. Porrò omnes tam lectores quam classes post preces in aurorâ et cõmunis loci tractationem, nullâ interpositâ morâ, in aulâ simul conveniant, atq; lectores statim ad classes suas examinandas se conferant, a singulis suæ classis discipulis sensum & sententiam authoris exigant, puniant negligentes, studiosos laudent, hortenturq; ut eo quo cæperint modo in studia incumbant. Prælecto uno authoris libro cum a sua classe cursim repetendum, & definitiones divisionesq; in tabulam redigendas, et totum librum in compendium conjiciendum curent: Quod quidem ut in omnibus libris quos interpretantur, semper fiat, provideant; atq; uno sic prælecto repetitoq; ad alterum pergant. Ex 4 illis qui alias artes docent; Primus Græcam linguam, Secundus Latinam, Tertius Mathematicam, Quartus Græcam grammaticam juventuti interpretetur. Qui autem Græcam linguam prælegit, Isocratem, Demosthenem, Platonem, Homerum, Hesiodum, aut alium quempiam præclarum authorem, \* pro arbitrato Mag<sup>ri</sup>, aut Vice-Mag<sup>ri</sup> doceat. Atq; huic lectioni intersint discipuli qui jam Græcam gramãticam didicerunt, exceptis omnibus bacchalaureis et totidem ex sophistis generalibus, quot per primũ lectorem & decanum seniore erunt ad Græcam lectionem in publicis scholis audiendum designati: Sabbatis vero singulis, ea quæ hebdomadâ lector interpretatus sit, a juventute repetenda curet. Qui vero Latinam docet, legat potissimum Ciceronem, singulis vero Sabbatis, legat vel rhetoricam, vel progymnasmata rhetorices, exempla q; petat ex authore Latino quem prælegit; Huic Lectioni intersit tota juvenus, exceptis bacchalaureis et sophis illis generalibus, qui per primarium lectorem et seniore decanum erunt excepti. Finito quoq; termino præcepta metrica, i. e. rationem condendi Carminis toti juventuti explicet, ut, nemo sit qui non versus componere norit; Huic lectioni intersint omnes qui non sunt gradu bacchalaureatus insigniti; ac lector a singulis diebus certis pro suo arbitrato versus repetat, argumenta illis proponat de quibus versus scribant. Lector autem mathematicus doceat primũ Arithmeticam, deinde Geometricam, tum cognitionem Sphæræ et Cosmographiam, deinde Astronomiam, postremo Musicam: Huic lectioni intersint omnes bacchalaurei. Qui Græcam gramãticam interp<sup>tatur</sup> institutiones Clenardi, vel Cæporini, vel Gazæ legat, curet etiam ut omnes qui sunt sui classis, inflexiones nominum & verborum, dicendi phrases, et alia quæ videantur necessaria, memoriæ mandent, ea q; singulis Sabbatis repetant. Ex omnibus qui hisce lectionib<sup>9</sup> tenentur interesse, singuli qui vel absunt, vel tardi veniunt vel negligentes reperiuntur, eodem modo plectentur, quo de lectionibus dialecticis supradictum est. Mulctæ omnes in Lectorum commodum quo diligentiores sint, cedant.

### Caput 10<sup>mum</sup> De Tutorum et Pupillorum officio.

EST ea quidem juventutis ætatis imbecillitas ut provectorum consilio et prudentiâ necessariò indigeat; et propterea statuimus et volumus, ut nemo ex bacchalaureis, discipulis, pensionarijs, sizatoribus & subsizatorib<sup>9</sup> tutore careat; qui autem caruerit, nisi infra 15 dies unum sibi paraverit, e Collegio eiiciatur. Pupilli tutoribus pareant, honoremq; paternũ et reverentiam deferant, quorum studium, labor et diligentia in illis ad pietatem et scientiam informandis ponitur. Tutores sedulò quæ docenda sunt, doceant, quæq;

\* Sic in MS.



quæq; etiam agenda instituant moneantq;. Omnia pupillorum expensa tutores collegio præsentent, et intra quindecim dies cujusq; mensis finiti, pro se et suis rebus æs debitum Senescallo solvant, quod ni fecerint, tantisp comæatu puniantur, dum pecunia a se Collegio debita solvatur. Cautumq; esto, ne pupillus quisquam vel stipendium suum a thesaurarijs accipiat, vel rationem pro se cum iisdem aliquando meat, sed utrumq; semper sub pœna comæatus menstrui \* a dicto tutore Collegio solvendi, fieri volumus.

Nº I.  
Statutes of  
Trinity College  
Cambridge.

## Caput 11<sup>mum</sup> De Officiariorum et Lectorũ electione.

QUONIAM hactenus de Officiariorum muneribus et officijs leges ac statuta dledimus; sequitur jam ut de eorum electione leges ac statuta itidem demus. Itaq; statuimus ut primo die Octobris vicemagister, decani, et lectores omnes, postridie aut ejus diei 4 annuæ rationes confectæ et ad exitum perductæ fuerint Thesaurarij & Senescallus pro sequente anno eligantur. Sit hic modus electionis, cui quidem Mgrũ nisi gravissimã causã impeditum omnino interesse volumus, Mgr pulsatã campanã, & convocatis in sacellum octo senioribus horã octavã, primũ, statutũ hoc sive legem coram illis legat, deinde jusjurandum det, se neminem, ad aliquod officium gerendum, gratiã, odio, ullave animi perturbatione inductum, sed eum solũ, quem testimonio conscientiæ permotus maximè idoneum ad illud mun<sup>9</sup> obeundum judicavit, electurum; eodemq; jurejurando se octo seniores similiter omnes obstringant. Tum cuncti ad suffragia ferenda se conferant. At primum Vice-Magistrum, deinde Decanos, postremo die supra-præstituto Lectores ordine eligant. Atq; in ferendis suffragijs is pro electo habeatur, quem Maqr cum quatuor minimum senioribus duxerit eligendum. Sin autem omnes octo seniores in uno eligendo consenserint, is etiam Maqro non consentiente electus habeatur. In singulis electionibus tam officiariorũ quam lectorum, sociorum, discipulorum, reliquorumq; Collegij membrorum sit scrutinium semper apertum. Quod si post tria aperta scrutinia, neq; 4 ex dictis senioribus cum Mqro, neq; octo simul de uno cooptando consenserint, sed in plures partes divisi sint, tum is pro electo habeatur quem solus Maqr nominaverit. Quod si Mgr domi non sit, tum Vice-Maqr cum reliquis septem senioribus plenam eligendi cujusq; potestatem habeat, isq; pro electo habeatur in quem Vice-Mgr et quatuor ex dictis senioribus consenserint. Quod si post tria aperta scrutinia in unum hoc modo non consenserint, tum is pro electo habeatur, quem Maqr certior per literas eã de re factus solus nominaverit, modo intrã regnum Angliæ fuerit, vel si non fuerit, tum quem Vice-Magister solus nominaverit. Postero autem die quo electio facta fuerit, electi omnes in unum coram Maqro & octo senioribus coacti, se jure-jurando obligent sua munera fidelitè et omnino secundũ statuta et leges illas per nos conditas exequenturos. Thesaurarij autem et Senescallus eodem modo eligantur, et idem jus-jurandũ dent die ad eorum electionem ante demonstrato. Omnia quæ singuli, tam socij qm discipuli juramento tenentur exequi, si pœna pro transgressione eorundem alicujus in statutis expressa sit, declaramos † singulos sic transgredientes non immunes esse perjurijs nisi pœnam pro tali transgressione in statutis præscriptam subierint. Statuimus porrò et decernimus ut seniorum electio novem dies ad summũ post locum vacantem fiat, sitq; ista horum eligendorum forma. Cum senioris alicujus vacet locus, Maqr, vel eo absente Vice-Mgr, convocatis in sacellũ, ut dictum est, illis senioribus qui relictĩ sunt, cooptet in eum cœtum, socium, qui sit maxime senior, nisi gravis causa, per Mgrũ et majorẽ partem prædictorum seniorum approbanda obstiterit; sin autem min<sup>9</sup> idoneum eã de causã senserint, socius senior proximus ordine eligatur, et ita deinceps: seniorem hoc loco intelligimus, qui sit et gradu mgr artium, et admissione socius senior, quam senioritatem nullo alio scholastico gradu unquã mutandam decernimus. Quod si post tria apta scrutinia de uno

N<sup>o</sup> I.  
Statutes of  
Trinity College,  
Cambridge.

eligendo non convenerint, is in numerum eum cooptatus esto, quem M<sup>gr</sup>, si domi sit, vel si absit, certior de eâ re per literas Vice-Magistro factus, solus nominaverit, qui postero die quo electus fuerit, det jusjurandum coram M<sup>gro</sup>, vel eo absente Vice-M<sup>gro</sup> ac seniorib<sup>9</sup> reliquis, se munus illud fideliter, et omninò secundum legem de eo sancitum obiturum. Statuimus porrò & volumus ut nemo in Concionatorem eligatur, qui non antea Catechismum, i. e. Symboli Apostoloci, Orationis Dominicæ, Decem Præceptorum, Babbismi, \* Eucharistiæ, et potestatis Clavium explicationem domi, ijs qui in Collegio sunt, docuerit. Huic lectioni discipuli omnes intersint, absentes & tardi, ac si in vesperijs absentes sunt ac tardi, puniantur. Hoc ut commodius fiat quinque aut sex socij assignentur qui hoc legendi munus singulis quibuscunq, Dominicis et festis diebus horâ tertiâ post meridiem psequantur, ut in concionatoris locum vacuum unus ex his eligatur qui universum hoc cursum docendi compleverit. Statuimus igitur et volumus ut dum concionatoris vacet locus, inter 20 dies ad summum, Magister, similiter vel eo absente Vice-M<sup>gr</sup> cum octo senioribus in sacello coactis, consideret diligentèr quis sacerdos ex munero sociorum in Collegio sit tum propter gravitatem & virtutem, tum propter solidam et sanam doctrinam ad hoc officium maximè idoneus, et qui Catechismum, ut præfertur, docuerit; atq, ei de sententia majoris partis octo seniorum, mandatum det, ut intra 14 dies, festivo \* die de Dominico, si quis intra hos dies inciderit, post preces matutinas, privatim nullâ pulsata campanâ coram toto seniorum & discipulorum cœtu concionem habeat, quâ per Ma<sup>gr</sup>ũ aut Vice-Magistrum et quatuor ex octo senioribus approbatâ, in concionatorum munus cooptetur. Verum si post tria scrutinia aperta, M<sup>gr</sup> aut Vice-Ma<sup>gr</sup> cum 4 ex octo senioribus de illo cooptando non consenserint, tum M<sup>gr</sup> vel eo absente Vice-M<sup>gr</sup> si voluerit in dictum numerum cooptet. Quod si hoc munus suscipere recusaverit, Collegio amoveatur. Verum si nemo in Collegio (quod Deus prohibeat) reperiatur qui ad hoc officium idoneus sit, tum M<sup>gr</sup> cum 8 senioribus, despiciant unum ex aliorum in oppido Collegiorum socijs qui jam sunt vel qui fuerint socij, et quem aliquando concionantem audeverint, \* idoneumq, judicaverint, eumq, majore eorum parte, aut 4 minimum cum M<sup>gro</sup> consentientibus in hunc locum cooptent, qui eandẽ semper senioritatem habeat quam in Academiâ. Statuimus porrò ne quisquam ex octo senioribus post consultationem de negotijs quibuscunq, habitum, aut post electionem aliquam, aut post aliquam decisionem de re aliquâ factam, omninò reliquis socijs Collegij, aut discipulis, aut alijs quibuscunq, dicta vel facta in hujusmodi rebus intervenientia revelet, sub per M<sup>gr</sup>um & majorem partem 8 seniorum statuendâ pœnâ, infligendaq, Singuli electi ad aliquod munus, aut in socium, aut discipulum, post acceptum jusjurandum nomina sua propriâ manu in collegij cõmentarios referant, ac ita demum in plenam atq, integrum jus muneris sui admittantur.

## Caput 12<sup>mum</sup> De Sociorum electione.

QUONIAM Socij scholares, ut literæ patentes fundatoris præscribunt, debent esse numero sexaginta, quorum alij Socij majores appellentur, alij Socij minores, et qui magistri artium sint & superioris gradus, nomen majorum sociorum scholarium, et qui sunt bacchalaurei artium nomen minorũ sociorum scholarium obtineant; statuimus et volumus ut in hunc numerum cooptentur hi solum, quorum de religione, doctrina ac moribus tum M<sup>gr</sup> tum 8 seniores honestam opinionem et bonam spem amplioris in ijs rebus indiès progressionis animis conceperint, et quibus sacræ scripturæ studium et professio finaliter proposita est, exceptis duobus, quorum uni licebit operam dare juri civili, alteri medicinæ, idq, judicio M<sup>gr</sup>i. Et qui cooptentur sint minimum bacchalaurei artium, atq, omnes ex discipulis Collegij semper præferantur, ac tenuiores ditioribus, doctiores indoctoribus, et probiores minus probis, et qui canendi periti sunt imperitis, (modò cætera respondeant) præferantur. Dies electionis sit primus dies Septembris, aut ante primum diem Octobris penitèns finitum, prout M<sup>gr</sup> commodissimum decreverit, et sex

\* Sic. in MS.

sex integros dies seniores de futurâ electione admonuerit. Eligendi potestas sit penes Mgr̄ũ, quem semper tum domi esse volumus, nisi morbo, aut aliquâ gravi causâ præpeditum; cujus locum post viginti quatuor dies a dicto primo die Septembris, si Mgr̄ tum interesse non possit, suppleat Vice-Mgr̄ & penes octo seniores. Locus eligendi sacellum esto, tempus, horâ octavâ antemeridianâ; modus autem eligendi sit hujusmodi. Primum dent omnes jusjurandum se neminem in socium Collegij electuros, qui sit infamiâ notatus, de hæresi probabiliter suspectus, quinetiam neq; præmio, neq; gratia, neq; ullâ affectione commotos se quenquã coopturos, sed eos solum, quos conscientia testis maximè idoneos judicaverit. Quod si quisquam eorum quibus eligendi munus tributum est, vel munere donatus, vel spe muneris inductus cuiq; vel socio vel discipulo, vel officario suffragatus esse deprehensus fuerit, et coram Magistro & 8 senioribus legitimè convictus fuerit, Collegio expellatur. Quatuor dies proximè præcedentes electionis diem ab horâ 7<sup>a</sup> antemeridianâ usque ad decimam, et ab horâ primâ pomeridianâ usq; ad quartam, omnes Electores diligenter exquirant, quid in bonis literis efficere possint. Primo die in dialecticâ et mathematicis; secundo, in philosophiâ tam naturali quam morali; tertio in linguarum cognitione, in historijs, in poetis et in toto genere humanioris literaturæ; quarto in scribendo schemate aliquo, et in carminibus componendis, et quid etiam in cantando possint. Qui autem nomen suum et comitatum ubi fuerit natus, quatrduo ante electionis diem Magro, aut eo absente, Vice-magistro tradendum non curaverit, aut qui dictos 4 dies continuos integrosq; horis præscriptis electorum quæstiones examinationesq; non sustenerint, nisi causa per Mgr̄um & majorem partem octo seniorum approbanda obstiterit, in eligendorum numerum pro eo tempore non omninò habeatur, neq; eâ electione in cœtum sociorum cooptetur. Sumantur autem & potissimum eligantur ex eorum numero, modò idonei & cæteris pares reperiantur, qui nati sunt in illis regni comitatibus ac locis, in quibus Collegij sacerdotia, prædia, fundi, proventus ac reditus jacent, ut quorum beneficio omnia ac singula Collegij membra sustentantur, eorum liberi in eodem educantur, et virtute et bonis literis ad Reipub. utilitatem instituuntur. Ex alijs verò partibus & locis regni indifferentèr. supplendorum qui maximè idonei videbuntur, semper sumantur. In suffragijs ferendis idem modus servetur, qui in eligendis officarijs, atq; electione finitâ sine morâ pronuncientur electi. Postridie ejus diei, vel intra triduum quo electio facta sit, omnes electi admittantur in plenum jus minorum sociorum et percipiant omnia ea commoda ac fructus qui minoribus socijs ex statutis præscribuntur. Senioritatem autem habeant pro ratione gradus, ut senior Univ'sitate bachelareus ante juniorem admittatur, et si quisquam eorum die admissionis aut ægrotaverit aut abfuerit, nihilominus tamen senioritatem habeat pro ratione gradus, ut supra dictum est. Atq; eo anno quo Mgr̄i creandi sint ab omnibus electoribus denuò examinentur eo modo quo supra demonstratum est, et si vel parum in bonis literis profecisse, aut parum honestè se gessisse, vel hæresis probabili suspitione aut labe infecti esse reperiantur, Mgr̄i atq; electorum judicio penitus Collegio amoveantur. Sin autem recte se & honeste in omnibus gesserint, sicq; in doctrinâ & virtute profecerint, ut Collegio ornamento et Reipub: usui ac utilitati futuri sunt, magistri artium creentur, atq; creati, in plenum jus majorum sociorum recipiantur. Singuli electi antequam admittantur jusjurandum quod sequitur, sub pœnâ locorum suorum amittendorum, coram Mgr̄o et 8 senioribus vel quatuor eorum ad minimum, ad incipiendum in artibus admittantur, idem jusjurandum sub pœnâ prædictâ dent.

Ego N. N. juro ac Deo teste promitto me veram Christi religionem omni animo amplexurum, scripturæ autoritatem hominum judicij præpositurum, regulam vitæ et summam fidei ex verbo Dei petiturum, cæteraq; quæ non ex verbo Dei probantur pro humanis habiturum, autoritatem Regiam in hominib<sup>9</sup> summam et externorum episcoporum jurisdictioni minimè subjectam existimaturum, et contrarias verbo Dei opiniones omni voluntate ac mente refutaturum, vera consuetis, scripta non scriptis in religionis causâ ante habiturum, theologiam mihi finem studiorum propositurum, et sacros ordines cum tempus his statutis præscriptum advenerit suscepturum, aut a Collegio discessurum. Deinde me omnia hujus Collegij statuta, leges, ritus, atq; laudabiles consuetudines

quæ ad me pertinebunt servaturum, item me huic Collegio fidelem et benevolum futurum, ei, et omnibus socijs et discipulis, atq; etiam M<sup>g</sup>ro ejusdem, non solum dum in eo vixero, sed etiam postea pro virili, cum opus sit, benevolentiam & opem præstiturum, nullum Collegio damnum incommodumve unquam allaturum, aliorum consilia, coitiones, conjurationes, insidias, facta et dicta quæ Collegium detrimento afficiant & infamiâ, quantum potero repulsurum, atq; officarijs Collégij qui de hujusmodi rebus cognoscere ac decidere debent, renunciaturum. Et si propter aliquod crimen inter majora crimina nominatum e Collegio per consensum M<sup>g</sup>ri et majoris partis 8 seniorum, eo modo quo in Capite de majoribus criminibus declaratum est, expulsus fuero, neq; me ad alium judicem judicesve appellaturum, aut M<sup>g</sup>ro Collegii aut socio alicui litem actionemve unquam in posterum eâ de causâ intentarum, neq; ullam unquam dispensationem contra hoc meum juramentum quæsiturum, aut ab alijs quæsitam & oblatam accepturum; tum M<sup>g</sup>ro, Vice-M<sup>g</sup>ro, senioribus reliquisq; officarijs in omnibus legitimis honestisq; rebus morem gesturum, et dignam debitamq; reverentiam eis et honorem delaturum. Deniq; me omnia mihi imposita a M<sup>g</sup>ro et 8 senioribus munerâ suscepturum, eaq; summâ cum fide ac diligentia administraturum.

### Caput 13<sup>mum</sup> De Discipulorũ electione.

UM \* Discipuli numero sexaginta duo sint, quorum quadraginta vocentur Discipuli Fundatoris, viginti autem Reginæ Mariæ, duo vero Thomæ Allen presbyteri, statuimus et volumus ut in his eligendis præcipua ratio habeatur ingenij, doctrinæ, virtutis & inopiæ, & quo magis quisquam ex eligendorum numero his rebus cæteros antecellit, eo magis uti æquum est, præferatur. Dies Lunæ post Dominicam in albis, vel intra viginti dies proximè sequentes, dies electionis esto. Diebus Veneris et Sabbati antegredientibus diem electionis omnes qui discipulatũ in Collegio petunt ab electoribus, quos supra in Capite de Sociorum electione posuimus, ab horâ octavâ antemeridianâ ad decimam, & ab horâ secundâ pomeridianâ ad quartam diligentèr quid in grammatikâ, et literis humanioribus, quid etiam in cantu possent, examinentur; et qui cantare norint, modo cæteris qui petunt virtute ac doctrinâ pares sint præferantur. Atq; die Veneris prædicto singuli qui discipulatum petunt, nomina sua ac comitatum regni in quibus nati fuerint M<sup>g</sup>ro aut Vice-M<sup>g</sup>ro tradenda curent, et die electionis antequam Electio cœpta fuerit coram omnibus electoribus recitentur. Sumantur autem & eligantur potissimum ex eorum numero si modo idonei & cæteris pares reperiantur, qui in Scholâ Regiâ Westmonasterij educati, aut qui in scholis Thomæ Allen presbyteri instructi sunt, aut qui nati sunt in illis regni comitatibus ac locis, in quibus Collégij sacerdotia, prædia, fundi, proventus ac reditus jacent, ut quorum beneficio omnia et singula Collégij membra sustentantur, eorum liberi in eodem educentur, et virtute ac bonis literis ad Reipub: utilitatem instituantur, ex alijs regni partibus ac locis indifferentèr ad numerũ supplendum qui maximè idonei videbuntur semper sumantur. Nullus hæres qui jam sit, aut qui patre mortuo futurus sit, cujus hæreditas summam 10 librarum excesserit in hunc numerum cooptetur. Nemo eligatur in discipulum qui non sit habilis ad sophisticam et dialecticam in aulâ discendum. Idem sit electionis modus qui et sociorum, et electores ijdem, locus et hora eadem. Die Veneris proximè post electionem horâ primâ pōmeridianâ a M<sup>g</sup>ro, ubi jusjurandum quod infra scriptum est, dederint, omnibus electoribus præsentibus, in discipulos admittantur. Senioritatem inter admittendum habeant pro arbitrato M<sup>g</sup>ri, vel eo absente Vice-M<sup>g</sup>ri habito respectu ætatis, virtutis, ac doctrinæ. Domestici semper inter eligendum, si sint doctrinâ & virtute pares, externis præferantur. Nemo eligatur in discipulum qui non decimum quartum ætatis suæ annum plenum fecerit. Electi omnes ac singuli in jusjurandum dent quod sequitur coram electoribus antequam admittantur.

Ego N. N. juro ac Deo teste promitto me veram Christi religionẽ omni animo

animo amplexurum, scripturæ authoritatem hominum judicijs præpositurum, regulam vitæ & sumam fidei ex verbo Dei petiturum. Cætera quæ ex verbo Dei non probantur pro humanis habiturum, authoritatem Regiam in hominibus summam et externorum episcoporum jurisdictioni minimè subjectam existimaturum, et contrarias verbo Dei opiniones omni voluntate ac mente refutaturum, vera consuetis, scripta non scriptis in religionis causâ antehabaturum. Deinde me omnes huj<sup>9</sup> Collegij ritus, leges, statuta, atq; laudabiles consuetudines quæ ad me pertinebunt servaturum; item me huic Collegio fidelem et benevolum futurum, et ei. omnibus socijs ac discipulis, atq; etiam M<sup>g</sup>ro ejusdem, non solùm dum in eo vixero, sed etiam postea pro virili cum opus sit, benevolentiam & opem præstiturum, nullum Collegio damnum incommodumve facturum, aliorum consilia, coitiones, conjurationes, insidias, facta, ac dicta quæ Collegium detrimento ac infamiâ afficiant quantum poterò repulsurum, atq; officarijs qui de hujusmodi rebus cognoscere ac decidere debent annunciaturum; et si propter aliquod crimen inter majora crimina numeratum, e Collegio p consensum M<sup>g</sup>ri et majoris partis octo seniorum, modo quo in Capite de majoribus criminibus declaratum est, expulsus fuero, nec me ad alium judicem judicesve appellaturum, neq; M<sup>g</sup>ro Collegij, sociove alicui litem aut actionem unquam in posterum eâ de causâ intentaturum, tum M<sup>g</sup>ro, Vice-M<sup>g</sup>ro, senioribus, reliquisq; officarijs in omnibus legitimis honestisq; rebus morem gesturum, et dignam debitamq; reverentiam eis, et honorem delaturum; Deniq; me omnia mihi imposita a M<sup>g</sup>ro et octo seniorum cœtu munera suscepturum, eaq; summâ cum fide & diligentia administraturum, hæc omnia in me recipio, Deoq; teste me sedulo facturum promitto ac spondeo.

### Caput 14<sup>um</sup> De Pensionarijs.

PENSIONARIOS ut studiorum socios in Collegium recipiendos statuimus, sitq; in illis recipiendis ratio morum ac doctrinæ diligentèr habita. M<sup>g</sup> 4 habeat, singuli socij qui sunt M<sup>g</sup>ri artium aut superioris gradus, unum, Bacchalaureis autem nullum omnino concedimus. Nemo illorum admittatur nisi a decano seniore, et lectore primario examinatus, et si ab his habilis ad discendam in aulâ dialecticâ reperiatur a M<sup>g</sup>ro vel Vice-M<sup>g</sup>ro admittatur; sin minus omninò rejiciatur; intra viginti dies post admissionem super pellicium, togam & pileum more discipulorum habeat, quæ si non infra hoc spatium habuerit Collegio amoveatur. Excipiuntur autem ab hoc habitu & vestitu, generosorum, nobilium & magnatum liberi, qui fuerint in comæatum sociorum admissi, eos tamen super pellicijs, chorum ingredi, rei divinæ interesse, et ijsdem legibus teneri quibus socij, et omnes actus scholasticos in Collegio per se vel per alios observare volumus. Pensionarij itidem qui sunt in discipulorum comæatu singuli ijsdem legibus ac statutis pareant quibus discipuli, et eodem modo si deliquerint mulcentur. Cum autem ex Academiâ et oppido exeant eos pro arbitrio vestitos incedere permittimus.

### Caput 15<sup>um</sup> De Sisatoribus & Subsisatorib<sup>9</sup>.

CUIQUE vitam piè ac christianè agentî pauperes sedulo sublevandi sunt, et propterea statuimus & ordinamus, ut sint qui Sisatores appellantur numero tredecim. M<sup>g</sup>r tres habeat, et singuli ex decem socijs maximè senioribus unum. In ijs admittendis idem modus servetur qui in pensionarijs, et nemo in hunc numerum cooptetur qui non sit ad discendum in aulâ dialecticâ idoneus. Eodem modo vestiti incedant quo discipuli, legibus ijsdem teneantur. Singuli accipiant in annos singulos vj<sup>9</sup> viij<sup>9</sup> pro liberaturâ annuâ quos in toga emenda consumant; et singulas hebdomadas singuli 4 denarios de Collegio accipiant, et reliquias mensæ sociorum majorum habeant. Singuli quoq; subsisatores admittantur eodem modo quo pensionarij, et ijsdem legibus teneantur, nisi quod pro lectione Lectori primario solvere eos minimè volum<sup>9</sup>. Deniq; suis impensis alantur, tempore autem prandij et cœnæ in aulam eos ingredi nolumus, sintq; eodem modo vestiti quo discipuli.

### Caput 16<sup>um</sup> De Cultu Dei.

QUO Deus optimus maximus magis piè uti par est, assidueq; colatur, statuimus et ordinamus ut M̃gr, socij, discipuli, sisatores, & subsisatores singuli in dies singulos primo mane priusquam e cubiculo egrediantur procumbentes in genua dicant hanc precationem.

Domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus qui nos ad principium hujus Dei\* pervenire fecisti, tuâ nos hodie salva virtute et concede ut in hac die ad nullum declinemus peccatum, nec ullum incurramus periculum, sed semper ad tuam justitiam faciendam omnis nostra actio tuo moderamine dirigatur per Christum Dominum nostrum. Amen.

Sub noctem autem antequam cubitum eant flexibus genibus dicant orationes sequentes.

O Rex gloriose, qui inter sanctos tuos semper es laudabilis, et tamen ineffabilis tu in nobis es o Domine, et nomen tuum sanctum invocatum est super nos, ne derelinquas nos Domine Deus noster, sed in die judicij nos collocare digneris inter Sanctos tuos et electos Rex benedicte; salva nos Domine vigilantes, custodi nos dormientes, et vigilemus cum Christo et requiescamus in pace.

Quòd si hasce orationes præscriptis horis vel recitare oblitus sunt, vel aliquâ causâ gravi necessariâve omiserint, tum aliis diei & noctis horis preces hæ sint. Singulis festis diebus matutinæ & vespertinæ preces, supplicationes communes a M̃gro, socijs, discipulis, pensionarijs, sisatoribus & subsisatoribus piè in sacello decantentur. Ab his nullus horû absit. De mulctâ quâ delinquentes puniendi sunt in Officio Decanorum demonstratum est. His diebus communium precum initia ab aliquo socio presbytero fiant, reliquis autem diebus mane ad horam quintam in sacellum pulsatâ de more campanâ quotidie convenientur, et diei preces Deo offerantur; socij autem qui sunt artium m̃gri suo quisq; ordine matutinas preces vel per se vel presbyterum aliquem ordiatur et post preces locum communem theologicum piè diebus Lunæ, Mercurij, Veneris tam in termino quàm in vacatione per annum tractet; qui non fecerit comiteu septemdiali mulctetur; ad sextam tum preces tum loci tractatio absolvantur. His rebus tum socij, tum discipuli intersint, tardi, exeuntes, et absentes, ut superius comemoratum est puniantur. Singuli sua subsellia tum festis tum profestis diebus teneant, quo commodius a censoribus et animadversoribus notentur; quod si a suis sedibus ad alienas migraverint pro absentibus habeantur. Nemo ex socijs tempore quo res divinæ fiant, sit sine superpellicio, ut vocant, et capucio prout gradus scholastici quib<sup>9</sup> singuli sunt insigniti poscunt, in Chorum ingrediantur. Volumus etiam ut Fundatorum et præcipuorum Benefactorum nomina in duabus tabulis pulchrè describantur. Quarum tabularum alteram in aulâ, alteram verò in sacello affigi mandamus; quo et istorum benefacta firmitus in hominum mentibus insideant, et alij eorum exemplo ad ejusmodi pia præclaraq; opera aggredienda incitentur. Deniq; statuimus ut si quisquam dum sacris interest, aut parùm honestè se gerat, aut ea irrideat, aut se in piâ communi precatione non exerceat, vel lectionibus non attendat, primò severè a M̃gro aut eo absente Vice-M̃gro et decano seniore, et reliquis senioribus admoneatur, secundo eorum judicio menstruo comiteu privetur; tertio Collegium amittat. Nemo ad sacellum tempore rei divinæ faciendæ alios libros adferat quam psalterium, aut alios hujusmodi libros, qui pias preces meditationesve contineant, aut Sacra Biblia, aut pias conciones alicujus sancti patris aut doctoris. Singulis autem diebus, quib<sup>9</sup> non tractatur locus communis post preces matutinas, hi tres Psalmi cum Precactionibus subsequenter dicentur.

Deus misereatur nostri. Psalm. 67.

Qui Rex es Israel intende. Psal. 80.

De profundis clamavi. Psal. 130.

Minister dicat.

Convertere Domine usq; quo.

Chorus

Chorus respondeat,  
Et deprecabilis esto super servos tuos.  
Fiat misericordia tua super nos  
Quemadmodum speravimus in te.  
Domine parce, Domine parce populo tuo,  
Quem redimisti pretioso sanguine tuo.  
Nec in æternum irascaris nobis.  
Ne memineris iniquitatum antiquarum nostrarū ;  
Sed cito anticipent nos misericordiæ tuæ.  
Quia pauperes facti sumus nimis,  
Adjuva nos Deus salutaris noster,  
Et propter gloriam nominis tui libera nos,  
Et propitius esto peccatis nostris ppter nomen tuū.  
Memor esto congregationis tuæ,  
Quam possedisti ab initio.  
Sacerdotes tui induantur justiciã  
Et sancti tui exultent.  
Domine salvum fac Regem nostrum  
Et exaudi nos in die qua invocaverimus te,  
Dominus conservet eum, vivificet eum & beatum eum faciat in  
terrã  
Et non tradat eum in man<sup>9</sup> inimicorū suorum.  
Domine fiat pax in virtute tuã,  
Et abundantia in turribus tuis.  
Domine Deus virtutem converte nos,  
Et ostende faciem tuam & salvi erimus.  
Domine exaudi orationem meam  
Et clamor meus ad te veniat.  
Dominus vobiscum,  
Et cum spiritu tuo

OREMUS.

Deus qui fidelium mentes unius efficis voluntatis da populo uno ore sinceram Catholicæ et Apostolicæ Ecclesiæ fidem confiteri, unoq; animorum consensu eandem amplecti omnes hæreses et perversas opiniones detestari, discordiam et rebellionem fugere, mutuam charitatem et obedientiam scrutari, et semper tum id amare quod præcipis, tum id desiderare quod promittis, nimiaq; rerum fragilium curã depositã cælestes & æternas attentã cogitatione ineditari, nostraq; studia hoc die ad tuam gloriam Ecclesiæq; tuæ utilitatem promoveri; per Christum Dõnũ ñrum.

Ecclesiæ tuæ Domine preces placatus admitte, et distractis adversitatibus et erroribus universis securã tibi serviat libertate et pacem nostris concede temporibus.

Quæsummus omnipotens Deus ut famulus tuus Rex noster N. qui tuã miseratione regni suscepit gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus, et vitiorum voraginem vitare, et hostes superare, et ad te qui via, veritas et vita es, valeat pervenire per Christum Dominum nostrũ. Amen.

Infunde, quæsummus Domine gratiam tuam in mentes nostras, ut his donis datis ab Henrico Octavo fundatore nostro, reginã Mariã, Edvardo Tertio et Hervico Stanton alijsq; benefactoribus nostris, rectè ad gloriam tuam utentes, una cum illis qui in fide Christi decesserunt ad cælestam vitam resurgamus per Christum &c. Amen.

Caput 17. De Gratijs agendis, de Fundatorum  
aliorumq; Benefactorum Commendatione et de  
legendo Biblio.

ANTE prandium et cœnam mensam, ut pietas jubet, sanctè & religiosè consecrari volumus, quod quidem à Mg̃ro vel Vice-Mg̃ro, vel illis absentib<sup>9</sup> à Socio maxime seniore, qui in aulâ sit, semper fieri mandamus; Sitq; ante prandium hæc illius consecrandæ forma quæ sequitur, primùm dicatur;

Oculi omnium in te sperant Domine  
Et tu das illis escam in tempore.

Aperis tu manum tuam  
Et imples omne animal benedictione.

Gloria Patri, et Filio, &c.  
Sicut erat in principio, &c.

Κύριε ἐλέησον  
Χριστὲ ἐλέησον  
Κύριε ἐλέησον, &c.

Pater noster qui es in cœlis, &c.  
Et ne nos inducas in tentationem  
Sed libera nos a malo. Amen.

Tum Lector Biblij cantet,  
Jube Domine Benedicere

Primarius respondeat Mensæ cœlestis participes

Faciat nos Rex æternæ Gloriæ.

Benedic Domine nos et dona tua, quæ de tuâ largitate sumus sumpturi, et concede, ut illis salubritè nutriti, tibi debitum obsequium præstare valeamus per Christum &c.

Deus charitas est, et qui manet in charitate in Deo manet, et Deus in eo: Sit Deus in nobis et nos maneamus in ipso.

Post Prandium verò gratiæ recitentur ab uno discipulorum qui sint bacchalaurei, vel pensionariorum vel sizarorum stante ad mensam mediam sociorum majorum, cum decem alijs discipulis maximè junioribus ordine stantibus, qui et voce clarâ sit, et distinctè pronunciet, quo omnes qui sunt in aulâ et audirè et respondere possint, et discipulos omnes responsa memoriæ mandare volumus, quo unâ gratias agant Domino. Decaniqu; ad principium cujusq; termini sex vel octo vel plures qui videbuntur ad hoc munus obeundum idonei designent, hiq; singuli singulas in hebdomadas ordine usq; ad principium proximi termini gratias, ut ante dictum est recitent: Quod si quispiam illorum suas vices omiserit, si adultus, comæatu hebdomadæ privetur, sin puer, bis in aulâ publicâ castigetur virgâ; ad principium verò proximi termini numero totidem, vel ex alijs novis, si reperiantur idonei, vel ex iisdem a Decanis designentur. Dum Gratiæ post prandium aguntur omnes tam bacchalaurei quàm discipuli ordine secundum inferiores mensas stent. Quod si quispiam aut sociorum, aut discipulorum aut pensionariorum a mensâ ante gratias actas discedat, nisi petita a Mg̃ro, vel eo qui primarium locum tenet facultate, prandij vel cœnæ pretio a decano seniore si adsit, vel juniore cum alter abfuerit, mulctetur,

Gratiæ post prandium sint hæ quæ sequuntur.

Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio in sempiterna secula o beata Trinitas.

Amen.

Benedicamus Patrem et Filium cum Spiritu sancto

Laudemus et supexaltemus eum in secula.

Benedictus o Domine in firmamento cœli,

Laudabilis & gloriosus & superexaltatus in secula.

Magnificate



SELECT COMMITTEE ON EDUCATION, &c.

379.

Magnificate Domine mecum,  
Et exaltemus nomen ejus in ipsum.  
Domine exaudi orationem meam,  
Et clamor meus ad te veniat.

N° L.  
Statutes of  
Trinity College,  
Cambridge.

OREMUS.

Domine sancte, pater omnipotens, æternæ \* Deus, qui tam benignè hoc tempore nos pascere dignatus es, largire nobis ut et tibi semper pro tua in nos bonitate ex animo gratias agamus, vitam honestè ac piè transigamus, et studia ea sectemur, quæ tuam gloriam illustrare, et ecclesiæ tuæ adjumento esse possint, per Christum Dominum nostrum. Gratiam tuam quæsumus Domine mentibus nostris infunde, ut qui Angelo annunciantè, Christi filij tui incarnationem cognovimus, per passionem ejus & crucem ad resurrectionis gloriam perducamur per eundem Christum &c.

Infunde quæsumus, Domine Deus gratiam tuam in mentes nostras ut his donis datis ab Henrico Octavo fundatore nostro, Reginâ Maria, Edvardo 3<sup>to</sup> Harvico Stanton, alijsq; benefactoribus nr̄is rectè ad gloriam tuam utentes, unà cum illis qui in fide Christi decesserunt, ad cœlestem vitam resurgamus per Christum Dominum nr̄um. Deus pro suâ infinitâ clementiâ Ecclesiæ tuæ concordiam & unitatem concedat, Regem & Reginam nostram conservet, et pacem regno universo et omnibus Christianis largiatur.

Antæ cœnam mensam, ut supradictum est, consecrari volumus, sitq; hic modus.

Omnia a te expectant Domine  
Et tu das illis escam in tempore.  
Dante te illis colligent.  
Aperiente te manum tuâ omnia implebuntur bonitate.

Gloria Patri, & Filio, &c.  
Sicut erat in principio, &c.

Κύριε ἐλέησον  
Χρίστε ἐλέησον  
Κύριε ἐλέησον.

Pater noster qui es in cœlis, &c.  
Et ne nos inducas in tentationem  
Sed libera nos a malo. Amen.

Benedicite.  
Dominus vobiscum, &c.

Nos et cœnam nostram benedicere et sanctificare dignetur is, qui verbo suo res creavit universas.

Post cœnam verò recitentur gratiæ quæ sequantur.

Benedictus Deus in donis suis  
Et sanctus in operibus suis.  
Sit nomen Domini benedictum,  
Ex hoc & nunc, ut usq; in seculum.  
Benedic anima mea Domino,  
Et noli oblivisci retributionis ejus.  
Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis,  
Qui sanat omnes infirmitates tuas.  
Qui redimit de interitu vitam tuam,  
Qui coronat te misericordia et miserationib<sup>9</sup>  
Qui replet in bonis desiderium tuum,  
Renovabitur ut aquila juvenus tua.  
Domine exaudi orationem meam,  
Et clamor meus ad te veniat.

Oremus. Clementissime pater, qui non nostris meritis, sed tua sola bonitate inductus, hâc nocte nos tam benignè et liberaliter reficere dignatus es, concede propitius ut tuâ gratiâ repleti te assiduè colamus, tuas laudes celebremus, et ea quæ tibi placita sunt dictis exequamur & factis, per Christum Dominum nostrum.

Infunde, quæsumus, Domine gratiam tuam, &c. ut supra post prandium.  
Deus pro suâ infinitâ clementiâ, &c. ut supra.

\* Sic in MS.

## De Fundatorum aliorumq; Benefactorū commendatione.

AD cujusq; termini finem commendatio fiat in Sacello nobillissimi Regis Henrici Octavi fundatoris tam ampli Collegij, & Reginæ Mariæ, aliorumq; clarorum virorum quorum beneficentia Collegium locupletetur. Ejus hæc sit forma; Primum recitetur clarâ voce Pater noster, &c. Deinde decantentur hi tres Psalmi.

145. Exaltabo te.

146. Lauda anima mea.

147. Laudate Dominum.

Post hæc legatur 44 Ecclesiastici. His finitis unus é concionatoribus ordine suo hanc extraordinariam concionem habeat, fundatoris amplissimam munificentiam prædicet, quantus literarum usus ostendat, quantis laudibus affiendi sunt qui literarum studia beneficentiâ suâ excitent, quantum ornamentum sit Regno doctos viros habere, qui de rebus controversis vere judicare possint, quanta sit scripturarum laus, et quantum illæ omni humanæ authoritati antecédant, quanta sit ejus doctrinæ in vulgus utilitas, & quam latè pateat, quam egregium & regium sit, cui Deus universæ suæ plebis curam commisit, de multitudine ministrorum verbi Dei laborare, atq; hi ut honesti sint et eruditi curare, atq; alia ejus generis quæ pii et docti viri cum laude illustrare possunt. Hac concione peroratâ, decantetur Te Deum, aut Benedictus; Ad extremum hæc oratio adhibeatur.

In memoria æternâ erit justus  
Ab auditu malo non timebit.

Justorum animæ in manu Dei sunt  
Nec attinget illos cruciatus.

Dominus vobiscum,  
Et cum spiritu tuo.

### OREMUS.

Domine Deus resurrectio et vita redemptorum qui semper es laudandus tam in viventibus quàm in defunctis, agimus gratias pro fundatore nostro Rege Henrico Octavo, cæterisq; benefactoribus nostris, quorum beneficijs hic ad pietatem & literarum studia aliamur, rogantes, ut nos his donis ad tuam gloriam utentes, unâ eum illis qui in fide Christi decesserunt, ad cœlestem vitam resurgamus per Christum Dominum nr̄um.

Cum Comuniõ celebrabitur loco Epistolæ legatur 1 Thess. 4. v. 13. cæterum nolo vos ignorare fratres, &c. Evangelium ex

His quatuor diebus exequiarum allocetur ad cõmẽatum singulis socijs majoribus 6<sup>d</sup>. minorib<sup>9</sup> 3<sup>d</sup> discipulis, verò 2<sup>d</sup>

Absentes omnes ut a reliquis precibus puniantur.

Concionator qui cursum hunc concionandi suo loco non expleverit, menstruo comẽatu careat. Porrò statuimus ut initio cujusq; termini, sex sint vel plures pro legendis Biblijs per Decanos designati, qui et cantare norint, et vocem sonoram habeant. Horum singuli singulis hebdomadis Biblia ita clarâ voce decantent ut omnes audiant, eaq; distinctè et articulatim pronuncient, quo omnes fructum audiendi capiant, & singulis diebus singula capita legant. Qui autem legere tenentur, pluteum paulò supra focum in medio collocent. Interea dum legit\*, omnes socij, discipuli, pensionarij silentium faciant. Quod si quisquam ex ijs qui ad legendum designantur, suas vices omiserit, cõmẽatu unius hebdomadæ, si adultus, puniatur; si puer, bis in aulâ palàm castigetur. Hi eo termino quo legunt ministrare mensæ non teneantur.

\* Sic in MS.

Caput XVIII. De publicis Sociorum et Discipulorum Exercitationibus Scholasticis, et de Sermone Latino.

N<sup>o</sup> I.  
Statutes of  
Trinity College  
Cambridge.

CUM in quaq; arte ac scientiâ usus sit optimus dicendi magister, statuimus et ordinamus, ut singulis hebdomadis cujusq; termini, legib<sup>9</sup> Academiæ præscripti, tres sint in sacello disputationes; prima, die Lunæ hora tertiâ in philosophiâ, cui præsit Lector primarius; secunda, die Mercurii, horâ similiter tertiâ, vel in philosophiâ vel in theologiâ pro disputantium facultate; cui præsit junior Decanus; tertia, die Veneris horâ quintâ in theologiâ solum, cujus moderator sit Decanus senior, quarum singulæ per duas integras horas continuentur. Quod si festum principale, aut vigiliæ eorundem, aut dies Cinerum, in die quo disputatio haberi debet, inciderit, tum omnino omittatur. Una eademq; quæstio non sæpius quam semel uno in anno discutiatur, nisi gravi de causâ a M<sup>g</sup>ro, aut eo absente vice-m<sup>g</sup>ro, et moderatore illius disputationis approbanda, hebdomadâ proxime vesperias & inceptions solennes antegrediente; quinetiam cum quispiam ex Collegio sit publicis in scholis vel in philosophiâ, vel in theologiâ disputaturus vel responsurus, quæstiones eadem si comòdè fieri poterit, quæ sunt publicis in scholis postea excutiendæ ab illis qui sunt in Collegio disputaturi accuratè tractentur quo ad publicas concertationes paratiores accedant. Nemo autem ex socijs aut discipulis Collegii disputationes et exercitationes publicas quas in scholis Academiæ habere tenentur, nisi in propriâ personâ conficiat. Verum si fortè aliquâ gravi causâ per M<sup>g</sup>rum & seniorem decanum approbandâ impeditus fuerit, tum per unum ex eodem Collegio illud ipsum efficiendum curet. Disputationes autem quas sunt in Collegio habituri, singuli in propriis personis, cum suæ vices inciderint, observent. Quod si vel morbo, vel aliquâ gravi causâ per M<sup>g</sup>rū & decanum seniorem approbandâ præpeditus, quispiam suas disputandi vices domi exequi nequiverit, tum volum<sup>9</sup> ut alium pro se substituat, aut v<sup>o</sup>, si disputatio omissa fuerit, mulctetur, et mulctam habeat is qui respondere voluerit, alioqui cedat in usum Collegii & Decanorum; idemq; cum convaluerit, aut causâ impediende sublatâ, vices sui substituti, quamvis mulctatus fuerit, expleat. Et quoniam tres sunt disputationes, sicut socii omnes, tam bacchalaurei theologiæ, quam m<sup>g</sup>ri et bacchalaurei artium, (doctores enim theologiæ semper immunes esse volumus) in tres manipulos pro decanorum & lectoris primarii prudentiâ et arbitratu distributi. Ex bacchalaureorum numero, hi solum in sacello disputent, qui primum annum gradus sui compleverint, nisi paucitas sociorum aliter fieri necessariò compulerit; atq; tum decani & lector primarius ex illis bacchalaureis socijs qui sunt primi anni, quiq; videbuntur ad illud munus aptissimi, quinetiam ex bacchalaureis discipulis, si commodum ipsis judicabitur, sumant. Cum alter decanorum aut disputet aut respondeat, disputationi præsit ille qui sit ejus manipuli maximè senior. Quæstiones discutiendæ biduum integrum ante diem quâ futura sit disputatio in aula Collegii affigantur. Inter disputandum ubi opponens unam integram horam confecerit, sint duo ejusdem manipuli qui alteram horam continuam disputent; opponantq; incipiendo a senioribus. Quod si tertius quispiam aliquam horæ istius partem suâ sponte voluerit disputando consumere, tum duo illi qui tenentur disputare, brevius sua argumenta concludant, ut ei aliquantum temporis concedatur. Dum disputant tam respondens, quam opponens, ac reliqui etiam disputatores superiora subsellia occupent. Disputationi die Veneris habitæ, omnes tum illius manipuli tum secundi, disputationi autem die Mercurii, omnes tum illius manipuli tum primi, disputationi die Lunæ, omnes tum illius manipuli, tum omnes generales sophistas interesse volumus. Quod si quispiam prædictorum aut absens fuerit aut tardus, eodem modo puniatur quo pro cultu divino. Si verò opponens suas vices omiserit, 20 denariis, duo autem disputatores sive replicatores, si munus suum non præstiterint xii denariis singuli mulctentur. Mulcta in eorum usum, qui disputandi laborem suscipere voluerint, et munus disputandi proximè seniori descendendo a decanis assignetur, et ita deinceps. Quod si quis eâ

N<sup>o</sup> I.  
Statutes of  
Trinity College,  
Cambridge.

de causâ sæpius mulctetur, tum iudicio M̃gri & octo seniorum gravius mulctetur. Porro statuimus & ordinamus ut singulis diebus Martis, Jovis, et Veneris ab horâ quartâ ad quintam, cum dies profestus fuerit, sint duo eâdem horâ sophismata, alterum pro generalibus sophistis et reliquis qui in dialecticâ majores fecerint progressus supremâ in parte aulæ, alterum a cæteris sophistis in infimâ aulæ parte, quibus utrisq; moderetur primarius lector, et sublectores prout vices suæ postulant. Quæstiones solùm ex rhetoricâ ceu dialecticâ petantur, et proponantur omninò sine ullâ præfatione. Sint præterea duo problemata simul, ex prædictis sophistis et bacchalaureis qui non disputant in sacello, die Sabbati, si profestus dies fuerit, ab horâ octavâ ad nonam usq; observata; quorum alterum e philosophiâ vel morali vel naturali, alterum e dialecticâ ponatur pro arbitrio & facultate disputantium, in quorum initiis duo themata proposita quam brevissimè explicent. Horum moderatores sint, ut supra die sophismatis dictum est. In quibus omnibus tam sophismatibus qm problematibus ordine argumenta proponantur, consideratè repetantur, et ad partes, prout dialectica præcepta exposcunt distinctè respondeatur. Quod si respondens argumentum dissolvere nequit, tum moderator requirat ejus solutionem ab altero vel tertio; quod si, qui ipsum rectè & verè dissolvere norit, nemo ex sophistis reperiatur, tum moderator ipse dissolvat. Statuimus & ordinamus, quod singulis diebus Sabbatis tam intra terminum quam extra, nisi festum principale fuerit, habeantur declamationes, more ac modo præscripto à Quintiliano. Sintq; qui in his sese exerceant bacchalaurei omnes, sophistæ generales, et cæteri, quos lector primarius idoneos ad provinciam judicaverit. Semper sint qui de aliquo themate præclaro in hoc dicendi genere, unoquoq; Sabbato, post cœnam in sacello disceptent. Atq; omnes supra-nominati suas vices in propriâ personâ expleant, orationesq; suas memoritè recitent. Quod si quis vel vices suas prætermiserit, vel ex scripto recitaverit, duobus solidis mulctetur & iterum declamare cogatur. Sin vero fortè contigerit, ut declamator morbo, vel aliquâ gravi causâ, per primarium lectorem approbandâ impeditus fuerit, tum lectorem primarium certiozem faciat, et quicumq; ab eo fuerit ad hanc provinciam designatus, eam absq; tergiversatione omnino exequatur; alter morbo vel causâ denuò sublatâ vices suas in propriâ personâ expleat. Omnes tam socios quam discipulos et pensionarios, sisatores item & subsisatores iis interesse hortamur, quo qui sunt declamatores ad majorem diligentiam in orationibus tum contexendis tum memoræ mandandis collocandum incitentur. Quod si quispiam ex declamatoribus ex oppido aliquâ de causâ exiverit, eum, qui proximus est, decimo quinto die ante commonefaciat. Quod si minime hoc modo eum comonefecerit, tum vel ipse in propriâ personâ idem munus præstet, aut per alium præstandum curet, ipseq; post reditum vices illius qui suo loco declamaverat, denuò capessat. Quod si declamatio penitus omissa fuerit, tum ipse duobus solidis mulctetur, et cum redierit suas amissas vices in propriâ personâ expleat, mulcta autem primario lectori cedat. Statuimus porro & ordinamus, ut omnes tam socii qm discipuli, pensionarii, sisatores & subsisatores nullo alio sermone, vel in aulâ, vel in sacello, vel in areâ, quam Latino, Græco, & Hebraico utantur, nisi cum peregrino & extraneo. Sociorum autem quisq; quoties in hoc deliquerit, toties obulo a decanis mulctetur, discipulorum, pensionariorum, sisatorum & subsisatorum singulim eodem peccantes, si adulti sint, quadrante, sin pueri virgâ castigentur. Deniq; statuimus ut si quispiam eorum qui sophismata aut problemata in aulâ observare teneantur, suas vel opponendi vel respondendi vices omiserit, si adultus sit viij<sup>d</sup>, sin puer, virgâ palam in aulâ castigetur. In Servatoris Christi festis, Sancti Spiritus, & Trinitatis, singuli Græcos vel Latinos versus sex ad minimum faciant, & ante prandium alicui aulæ parti convenienti affigant. In festis similiter Annunciationis B. Mariæ, omnium Sanctorum, et reliquis festis Angliæ approbatis, duos qui non fecerit, pro singulis versibus deficientibus singulos denarios solvant.

## Caput XIX. De tempore assumendi gradus scholasticas et sacros ordines.

Nº I.  
Statutes of  
Trinity College,  
Cambridge.

EST illud quidem verissimum dictum honorem alere artes, & propterea statuimus et ordinamus, primum, ut discipuli, pensionarii, sutores & sub-sutores qui jam plurimum in dialecticâ profecerint, in sophistarum generalium numerum cooptentur, idq. judicio M̃gri aut Vice-m̃gri, & lectoris primarii; deinde, ut qui sint futuri bacchalaurei per triduum integrum ab horâ octavâ ad decimam, & ab horâ secundâ ad quartam quid in dialecticâ, rhetoricâ, & aliis bonis artibus, quod etiam in philosophiâ possint a M̃gro, vel eo absente vice-m̃gro, & 8 senioribus, & lectore primario diligentèr examinentur, & quotquot judicio M̃gri, vel eo absente vice-m̃gri, & majoris partis octo seniorum, & lectoris primarii idonei ad hunc gradum suscipiendum videbuntur, hi tunc, ut mos Academiæ fert, admittantur ad respondendum Quæstioni, cæteri autem rejiciantur. Atq. si sint discipuli, qui hoc modo rejiciuntur, eorum singulos tanquàm non proficientes, (si jam quadrennio integro discipulatum obtinuerint) a Collegio post tres menses in perpetuum amoveri volumus. Discipulorum autem singuli, ante quatuor annos integros, in Academiâ Cantabrigiensi vel Oxoniensi completos, ad respondendum Quæstioni nequaquam admittantur. Quod si tunc vel recusant, vel examinati, ut supra posuimus, ad hoc præstandum non reperiantur idonei, Collegio post tres menses omninò expellantur. Statuimus porrò, quòd bacchalaurei, qui vel discipuli vel socii sint, triennio integro in bacchalaureatu penitus confecto, in artibus regere incipiant, & eodem modo examinentur, approbentur, vel rejiciantur, quo supra in Capite de Sociorum Electione dictum est. Bacchalaurei autem qui sunt discipuli si non ante finem tertii anni postquam gradum bacchalaureatus susceperint, in socios Collegii electi fuerint, intra sex menses post, a Collegio in perpetuum amoveantur. Quinetiam m̃gros artium aut in discipulos eligi, aut discipulatus habere nullo modo permittimus. Singuli autem qui socii sunt, ad regendum in artibus admissi, regentium ante triennium plenè in eo confectum, nullo modo deponi permittimus, sub pœnâ amissionis sodalitiî; quadrennium autem ampliùs eam, si voluerint, retinere permittimus. Præterea post admissionem ad incipiendum in artibus, non in comæatum sociorum majorum ante festum divi Johannis Baptistæ proximè sequens ullâ de causâ sumantur. Quinetiam ut nemo eorum ad incipiendum in artibus ante tertiam dominicam quadragesimæ admittatur, sub pœnâ prædictâ. Insuper statuimus & ordinamus, ut singuli qui sunt bacchalaureatum in theologiâ suscepturi, tria capita Novi vel Veteris Testamenti, a m̃gro, & 8 senioribus, vel majore parte eorum designata, Latinè in sacello interpretetur; Ac tum si a M̃gro, vel eo absente vice-magistro, & majore parte octo seniorum idoneus ad eum gradum judicabitur, ad opponendum & intrandum admittatur. Ac neminem hunc gradum suscipere permittimus, nisi septem minimùm annis integris m̃gr artium fuerit, sub pœnâ prædictâ. Neq. quisquam ad incipiendum in theologia, i. e. ad gradum doctoris admittatur capessendum, nisi eodem modo legerit et approbatus sit, sub pœnâ antea in hoc Capite demonstratâ. M̃grum verò, vice-m̃grum & octo seniores hortamur & admonemus, sicut rationem Jesu Servatori in extremo judicio redditori sint, ut in iis examinationibus, approbationibus & rejectionibus, neq. odio, neq. gratia, neq. ullâ affectione commoveantur, sed moribus solùm & doctrinâ consideratis sententiam ferant. Statuimus item quod singuli socii semper sint juxta ordinem admissionis suæ in sociorum numerum, seniores vel juniores, et eam senioritatem sine ullâ mutatione teneant, exceptis concionatoribus & doctoribus. Porrò statuimus & ordinamus, ut socii qui m̃gri artium sint, post septem annos in eo gradu confectos, presbyteri ordinentur; quod si noluerint, inter tres menses post spatium illorum annorum penitus expletû, Collegio in perpetuum expellantur, exceptis illis duobus juris civilis & medicinæ professoribus.

## Caput XX. De modestia et morum honestate colendâ.

CUM nihil sit quod literatis viris plus adferat ornamenti quam modestia, et morum integritas; idcirco statuimus & ordinamus, ut inferiores omnes erga superiores submitte se ac reverentè gerant, discipuli erga bacchalaureos, bacchalaurei erga m̃gros artium, illi erga bacchalaureos theologiæ & doctores, & omnes erga M̃grum tanquam summū moderatorem, tum erga octo seniores tanquam patres & primarios viros. Quod si qui in hac re peccasse convincantur, pro arbitrio M̃gri aut eo absente vice-m̃gri & senioris decani castigentur. Bacchalaureorum & discipulorum nemo in oppidum sine collegâ tanquam honestatis suæ teste eat; nemo in aulâ, in areâ, aut alibi intra Collegium, præsentè artium m̃gro, aut superioris gradus aliquo, operto capite sit. Quod si solus in oppidum isse comperiatur, primo tempore unius hebdomadæ, secundo duarum, tertio mensis, quârto consensu M̃gri & octo seniorum, aut majoris partis eorum, Collegio moveatur. Bacchalaurei autem qui secundum annum sui gradus confecerint in oppidum sine collegâ ire permittimus. Nemo sociorum vel discipulorum vel reliquorum qui in Collegio ætatem degent, ædes suspectas aut infames frequentet, & bis a M̃gro admonitus, ni abstinerit, Collegium eo modo quo supra dictum est, amittat. Seditiois domesticæ, detractionis, dissentionis aut rixæ authores, primo tempore commeatu menstruo, secundo trimestri, tertio Collegio, ut diximus, expellantur. Omnes lites domesticæ intra Collegium et cognoscantur & dijudicentur, qui forâ aliquem in jus vocaverit, Collegio amoveatur. Dissensiones inter socios discipulosve ortæ, intra bídium, si fieri potest, a M̃gro & octo senioribus sedentur; sin fieri nequit, quatuor socii per dissentientes eligendi cum M̃gro, aut eo absente vice-m̃gro litem disceptent, eamq; cum æquitate dirimant; Et cum illi sententiam tulerint, in eâ conquiescant dissentientes, qui secus fecerit, Collegio privetur. Lis verò inter M̃grum et socium unum vel plures orta, a vice-m̃gro & septem reliquis senioribus & cognoscatur, et si fieri potest tranquilletur. Si intra triduum hoc fieri nequit, ad Præpositum Collegii Regalis, M̃gros Collegii Christi & divi Johannis, aut illis absentibus, ad eorum vicarios, per duos socios utrinq; eligendos lis deferatur, & quod duo ex illis statuerint, id ratum esto; qui non paruerit Collegio moveatur. Statuimus porrò, mandamus & hortamur, ut M̃gr, socii, discipuli & cæteri in Collegio degentes vitam, concordiam, unitatem, pacem, & mutuam inter ipsos charitatem pro virili alant, foveant, & conservent; scurrilitatem, obscœna verba, scommata, susurros, probra, scandala verbo aut facto vitent. Quod si quispiam in iis deliquerit, arbitrio M̃gri & majoris partis octo seniorum puniatur; quod si tẽr pro illis castigatus non abstinerit, Collegio expellatur. Quinetiam statuimus ne quis Collegii muros transiliat, qui semel fecerit cõmeatu trimestri, qui bis, Collegio amoveatur. Si quis præterea multum frequentet oppidum, primùm a M̃gro aut vice-m̃gro admoneatur, secundo menstruo commeatu careat, tertio admonitus, Collegio privetur. Aleæ autem & chartarum ludo nemo vel domi vel foris, nisi xii diebus Natalis Christi, & festo Purificationis B. Mariæ, idq; solùm in aulâ, utatur; quibus diebus alearum ludo nemo utatur; qui in hoc deliquerit, primùm a M̃gro aut vice-m̃gro admoneatur; secundò cõmeatu menstruo privetur, tertio admonitus, Collegio admoveatur. Nemo canes, viverras, accipitres, aut aves vocales in Collegio nutriat teneatve, neq; aucupio & venationi immoderatè sit deditus, qui contra fecit puniatur, ut suprâ dictum est. Nulli lusus a discipulis in areâ aut hortis Collegii sint. Bacchalaureorum item & discipulorum, aut pensionariorum, sisâtorum & subsisâtorum nulla fiant in areâ conventicula, neq; ibi colloquendi causâ moram faciant, neq; in aulâ nisi in tempore Merendæ, simul bibant, & post prandium ac cœnam ex aulâ sine morâ discedant; neq; quisq; prædictorum in oppido, aut in alieno cubiculo, nisi petità a M̃gro & vice-magistro facultate, aliquando pernoctet; qui in his deliquerit, primò cõmeatu menstruo, secundò trimestri, tertio Collegio moveatur. Quod si hujus modi inciderit, ut nullo modo ad veniam petendam possit pervenire, tum si postea ad M̃grum, aut eo absente, vice-magistrum intra xiv horas accesserit

accesserit, suamq; illi causam declaraverit, isq; eam approbaverit, eum ne-  
tquam mulctari volumus. Statuimus item ut nemo sociorū, discipulorum  
aut pensionariorum in cubiculo prandeat cænetve, nisi petita a M̃gro, aut  
vice-magistro, ejusve vicario copiā; qui secus fecerit pro toto prandio aut  
cœnā solvat: atq; ut nunquam supra duo fercula ex sociis in cubiculo  
prandeat aut cœnent, excepto semper cubiculo M̃gri, nisi forte vel socius  
ægrotaverit, vel peregrinum invitaverit, aut tempore Nundinarum Sturbri-  
giensium. Statuimus deniq; ut nemo, vel sociorum, vel discipulorum, vel reli-  
quorum Collegii membrorum, aut in Collegio vitam degentium, chartarum  
ludo in aulā aliisve locis tempore Natalis Christi (quo tempore solo hic ludus  
permissus est) ultra horam decimam noctu, \* sub pœna cœneatus menstrui  
utatur. Alearum ludo si quis vel semel usus fuisse deprehensus sit, Collegio in  
perpetuum pellatur. Similiter & qui tabellis, aut tessaris aut chartis tempore  
p'dicto solum excepto, pro pecunia luserit, eadem pœnā mulctetur.

### Caput XXI. De vestitu et ornatu deq; armis non gestandis.

QUEMADMODUM nihil est in Repub. & societate civili quod magis  
eam cœmendet, quam scita et decora ordinis cujusq; distinctio; sic nihil est  
quo melius distinguatur, quàm vestitu. Itaq; statuimus et ordinamus, ut  
M̃gr, socij, discipuli, pensionarii, sisatores & subsisatores, in Academiā  
solls vestibus et ornatu sacerdotibus et viris ecclesiasticis & non aliis congru-  
entibus utantur, hoc est, ut singuli prædictorum togam habeant more ac  
modo presbyterum, & pileum quoq; eidem accommodatum ordini, iisq; semper  
cum oppidum eant, utantur; neq; quisquam togam alio modo confectam, nisi  
in Collegio aut tempore morbi, aliquando gestet. Insuper volumus, ut  
singuli m̃gri ærtium & qui sunt superioris gradus, singuli quoq; bacchalaurei  
artium etiam vestitu scholastico induti semper incedant. Discipuli quoq;  
qui non sunt bacchalaurei, sisatores & subsisatores extra Academiam, pro  
arbitratu vestiti, modo modestè incedant. Quod si quis hanc legem viola-  
verit, primò cœneatu unius hebdomadæ, secundò, duarum, tertio, unius mensis,  
quarto, si admonitus a M̃gro aut vice-magistro, ejusve vicario, non emenda-  
verit, Collegio amoveatur. Porro statuimus & ordinamus, ut nullus prædic-  
torum sociorum, discipulorum, pensionariorum, sisatorum & subsisatorū  
armis & telis, velut gladiis, sicis & pugionibus in Collegio aut in oppido utatur,  
nisi, gravi de causā, ei a M̃gro, aut eo absente Vice-magistro permissum fuerit.  
Quod si quis hoc statutum violaverit, primò cœneatu duarum hebdomada-  
rum, secundò menstruo privetur, tertio Collegio moveatur.

### Cap. XXII. De exitu ex Academiā, et copiā exeundi petita.

QUONIAM multæ non rarò hujusmodi causæ incidunt, quibus socii  
aut discipuli necessariò ex Academiā egredi coguntur; idcirco statuimus &  
ordinamus, ut singuli socii & discipuli cum causa exeundi necessità oblata,  
est, a M̃gro vel eo absente vice-magistro, aut illius vicario facultatem exe-  
undi petant, causaq; a M̃gro, &c, approbatā, nomen suum & diem mensis  
quo egrediuntur in Registro ad eam rem comparato scribant, & vel ipso die  
quo ad Collegium redeunt, aut ad summum postridiè diem itidem reditus  
in eodem Registro scribant. Quod si quispiam ex sociis aut discipulis  
hoc vel per negligentiam vel per oblivionem omiserit, primò comœneatu dua-  
rum

\* Sic in MS.





summam pro liberaturâ pecuniâ singulis per statuta præscriptam superet, semper Tutores quod reliquum est, uni thesaurariorum intra tres menses, sub pœnâ comæatus duorum mensium, solvere volumus. Singuli has togas habeant quotannis comparatas ante festum omnium Sanctorum. Quod si quispiam ex artium m̄gr̄is, aut superioris grad<sup>o</sup>, togam gradui suo competentem non habeat, tantisper comæatu suo ac stipendio careat, dum unam sibi comparaverit. Porro statuimus & ordinamus ne quisquam discipulorum aut bacchalaureorum, pannum quem pro liberaturâ accepit, vendet, sed togam ex eo conficiendam curet. Qui autem vendidisse deprehensus sit, usq; eo comæatu & stipendio careat, quoad tantum panni ejusdem tum coloris, tum valoris emerit. Sic enim futurum est, ut singuli duas minimùm togas habeant, alteram pro diebus festis alteram autem pro profestis. Quod si quispiam illorum tres habeat aut plures, tum tertiam aut quartam vendendi potestatem permittimus. Statuimus porro ut singuli m̄gr̄i artium et qui sunt superioris gradus pecuniam pro liberaturâ prout ex Collegii proportione præscriptum est, ad octavum Septembris ex thesaurariis recipiant. Quod si quispiam eorum ante crastinum diem festi An̄nunciationis Beatæ Mariæ sodalitiū suum demiserit aut amiserit, tum nullam omninò pecuniam pro liberaturâ illius, eum recipere volumus: sin autem ad crastinum festi prædicti socius collegii fuerit, & inter illum diem et octavum diem Septembris sodalitiū aut demiserit aut amiserit, tum pecuniam pro integrâ liberaturâ illius anni, ad prædictum octavum diem Septembris habeat. Bacchalaurei item singuli & discipuli itidem si ante crastinum festi Annunciationis B. Mariæ locum suum & jus in Collegio quâcunq; de causa demiserit aut amiserit, nullam liberaturam partemve illius, pro eo anno recipiant; sin autem ad crastinum usq; prædicti festi locum suum in Collegio tenuerint, & ante octavum diem Septembris proximè sequentis, locum suum vel demiserint vel amiserint, pannum pro liberaturâ totius anni, aut si maluerint, tantum pecuniâ pro eo recipiant, quantum proportio suæ liberaturæ postulat. Statuimus item ut m̄gr̄i artium ad festum S. Johannis Baptistæ in comæatum sociorum admissi, ad octavum diem Septembris proximè sequentis, tantum pecuniâ pro liberaturâ illius recipiant, quantum proportio liberaturæ bacchalaureo socio designatæ, postulat; et bacchalaurei theologiæ anno quo eum gradum suscipiant, tantum pecuniâ pro liberaturâ illius anni recipiant, quantum liberatura m̄gr̄i artium exposcit, & non amplius. Doctores autem anno quo incipiunt in theologiâ itidem pecuniam liberaturæ bacchalaureo theologiæ debitam habeant & non amplius: discipuli pro anno quo electi fuerint solum dimidiam liberaturâ habeant, pro reliquâ parte ipsi dissolvant. Stipendium autem cujusq; generis aut summæ fuerit cuiq; socio ac discipulo ad finem cujusq; quartæ anni partis dissolvatur. Quod si quisquam vel socius vel discipulus ad medium quartæ suum locum in Collegio tenuerit, & inter medium et finem ejusdem Collegium demiserit vel amiserit, integrum stipendium cujusq; generis aut summæ fuerit, pro illa quarta habeat; sin autem ante mediam quartæ locum suum aut demiserit aut amiserit, nullum omnino stipendium pro eâ quartâ recipiat. Statuimus deniq; ut neuter thesaurariorum cuiquam ex sociis, discipulis, sacellanis, choristis, clericis, Collegii famulis, lectoribus seu domesticis ac privatis, seu publicis, aut cuicunq; ex officariis Collegii, aut pauperibus stipendium pro aliquâ anni quartâ ante diem ad illud præscriptum, sub pœnâ ejusdem summæ Collegio reddendæ, solvat, nisi gravissimâ de causâ, eaq; per M̄grum, & majorem partem octo seniorum approbandâ. Dies solutionis sint vigiliæ S. Thomæ proxime natalia Christi præcedentia; vigiliæ annunciationis B. Mariæ; vigiliæ nativitatæ Sancti Johannis Baptistæ; & vigiliæ S. Michælis Archangeli. Volumq; deniq; ac decernimus, ut M̄gro Collegii tum stipendium tum liberatura eodem modo quo de m̄gr̄is artium dictum est dissolvantur.

N<sup>o</sup> I.  
Statutes of  
Trinity College,  
Cambridge.

### Cap. XXIV. De Comœdiis Ludisq; in Natali Christi exhibendis.

NOVEM domestici lectores quo juvenus majori cum fructu tempus natalis terat, bini ac bini singulas comœdias tragœdiasve exhibeant, excepto primo Lectore, quem per se solum unam comœdiam aut tragœdiam exhibere volumus; atque has omnes comœdias seu tragœdias in aulâ privatim, vel publicè prædictis xii diebus, vel paulo post pro arbitrio Magri & octo seniorum agendas curent. Quod quidem si non præstiterint, pro unaquaq; comœdiâ seu tragœdiâ omissâ, singuli eorum, quorum negligentia ommissa sit, x solidis mulctetur.

### Cap. XXV. De vitandâ Peste et aeris Contagione.

CUM illis qui bonis literis totos se addixerint, non modo ea, quæ ad animos præclare instituendos; verum etiam quæ ad corporum integram valetudinem tuendam necessaria sunt, provideri debeant; statuimus & ordinamus ut cum pestis aut alterius contagiosi aut lethalis morbi vis ingruit, Mgr, aut eo absente vice-mgr, convocatis viii senioribus, de majoris partis eorum sententiâ, potestatem sociis ac discipulis faciat, se rus aliquem locum opportunum conferendi. Quod si repentinus pestis aut alicujus morbi metus contigerit, unde in unum coacti de vitâ propter morbi contagionem periclitari videbuntur; tum permittimus, ut prædictorum consensu, sociorum ac discipulorum cœtus, ad trium vel quatuor hebdomadarum spacium dissolvatur, & singuli pro arbitrato in diversa loca secedent, & pro illis hebdomadis comœatum ipsis debitum habeant. Post quod quidem spacium in unum denuò congregati (si id absq; periculo fieri, Mgr, aut eo absente vice-mgr consentiente majori parte octo seniorum censuerit) & discipulos univ'so temporis spatio quo simul ruri manserint, omnes actus scholasticos quos in Collegio tenenter observare, & rei divinæ interesse, & cætera obire volumus quæ Collegii statuta exigunt. Quibus toto illo tempore quo simul rusticantur, lectorem primarium & decanum seniorem interesse volumus. Lector autem omnium expensorum & acceptorum rationem Senescallo reddat, ejusq; munere ruri fungatur. Decanus autem morum honestati provideat. Nulli sociorum aut discipulorum, eo tempore quo simul ruri manserint, comœatum concedimus, nisi vel in Collegio, vel cum discipulis versetur. Socii autem qui sunt mgr artium aut superioris gradus, si octo aut plures sint, etiam teneantur eo tempore actus scholasticos observare. Bacchalaureos autem, & declamare, & unum problema in singulas hebdomadas, si terminus sit, die Lunæ in philosophiâ inter se incipiendo a senioribus observare volumus, cui præsit Lector primarius. Et nihilominus cum ad Collegium redierint, singuli in suo manipulo vices suas, ubi desitum est antea, expleant. Statuimus porrò & volumus, ut dum rusticantur discipuli, Mgr, aut eo absente vice-mgr, senior decanus, senior thesaurarius, & sacellanus senior in Collegio ad ejus conservationem maneant, aut socios idoneos per Mgrum aut vice-mgrum & majorem partem octo seniorum approbandos in sua loca sufficiant, ministrum ceu custodem sacelli, mancipium, janitorem, promum superiorem, coquum primum et tertium in Collegio similiter manere, promum autem inferiorem, coquum secundum, & lixam sociorum ac discipulorum gregi ruri inservire volumus.

### Cap. XXVI. De Cubiculorum distributione.

IN cubiculis distribuendis etsi virtutis ac doctrinæ ratio habenda est, tamen ne ex eâ re ulla controversia aut invidia oriatur, seniorem secundum suum gradum juniore, tam inter socios quam inter discipulos, semper præferendum statuimus. Sociorum autem qui sunt mgr artium aut superioris gradus

gradus, singulos cum uno discipulo & sisatore, aut cum duobus pensionariis, aut subsisatoribus duobus singula cubacula habere volumus. Doctorem verò theologiæ cubiculū solum habere permittimus. Bacchalaurei qui sunt socii minores designati, aut unum ex bacchalaureis sociis, aut duos ex discipulis, aut unum discipulum sisatoremq; cum duobus pensionariis aut subsisatoribus habeant. Ex discipulis et pensionariis qui sunt in inferiori comēatu sint in uno cubiculo, si id commodè fieri potest, quatuor; item sisatores & subsisatores idem observare volumus. Distribuendorum cubiculorum potestas sit penes M̃grum, aut, eo absente, vice-m̃grum. Nemo suum cubiculum ut proprium teneat, nisi ante a M̃gro aut eo absente vice-m̃gro, ad illud admissus fuerit. Cum autem quispiam sociorum majorum, aut bacchalaureorum, aut sociorum designatorum cubiculum suū relinquit, clavim ad M̃grum aut eo absente vice-m̃grum deferat. Statuimus porrò & volumus, ut unusquisq; se in cubiculo honestè gerat, neq; immoderato clamore, neq; risu profuso, neque canticis, neq; strepitu, saltatione aut musicis instrumentis, vicinum a somno, quiete, aut studio impediatur; deniq; a serotinis comēssationibus & a potationibus absteineat. Quod si quisquam in cubiculo quicquam vel extruat, vel reficiat non consulto M̃gro aut vice-m̃gro & octo senioribus, suo sumptu faciat, & cum discesserit Collegio, sine ullā compensatione relinquat.

### Cap. XXVII. De expensis eorum qui ad Collegii negotia obeunda emittuntur.

ÆQUUM est certè ut qui ad alicujus commodum laborem capit, ei sumptus necessarius ab eodem suppeditetur. Statuimus igitur ut M̃gr, soci<sup>9</sup>, aut alius quicumq; ad Collegii negotia obeunda emissus de sententiā Mag̃ri aut eo absente vice-m̃gri & majoris partis octo seniorum, qui & negotium ipsum, loci distantiam, dierum numerum & alias circumstantias diligentè considerent, sumptus allocatos habeant, ipse intra biduum postquam ad Collegium redierit, expensa in schedulā quādam particulatim scripta, ad M̃grum, aut eo absente vice-m̃grum deferat, sub pœna amissionis eorundem; Quod si quis ultra septem dies in prædictis negotiis abfuerit, comēatum ad vestes reficiendas pro toto absentiae tempore recipiat.

### Cap. XXVIII. De Sacerdotijs, agris, prædiis, et fundis Collegii lustrandis.

MULTA ex negligentia incommoda provenire animadvertimus, et ob eam causam statuimus et decernimus ut intra triennii integri spatium omnia, si ita commodum M̃gro et majori parti octo seniorū visum fuerit, sacerdotia, prædia, agri ac fundi Collegii diligentè a M̃gro, aut eo aliis negotiis impedito, a vice-m̃gro, & seniore thesauraro, et uno altero socio qui concionetur, a M̃gro et majori parte octo seniorum designato, lustrentur; & in singulos annos totidem eorum, quot comode lustrari possint, lustrentur. Quo quidem in itinere omnes sumptus necessarios ac moderatos a Collegio sustineri, & tum vice-m̃grum, & dictum thesaurarium, et concionatorem comēatum suum pro toto illo tempore habere, eosq; omnia ruinosam curare, arreraria exigere, terraria reficienda curare, et alia quæ videbuntur necessaria obire volumus. Quod si M̃gr aliis, ut supra dictum est, negotiis impeditus fuerit, tum si vel vice-m̃gr, vel prædictus thesaurarius, aut concionator hoc munus aut negligentia prætermittat, aut exequi recuset, XL solidis mulctetur. Hanc autem progressionem fieri statuimus inter festum Paschatis & S. Michaelis.

### Caput XXIX. De custodiâ honorum Collegii.

BONA Collegii, sive ad sacellum, sive ad bibliothecam, sive ad aulam spectantia, sive ad culinam, sive ad quam aliam Collegii partem omnia in duo Registra referri statuimus; quorum alterum in turri, alterum apud vice-mâgrum servetur; et quotannis per eundem & decanum seniore, et bursarium juniorem, simul ac electi ac admissi fuerint, hæc duo Registra renoventur, & quid et quomodo quicquam superioris anni amissum fuerit, videatur. Si quid tale accedat in Registris notetur, et is cujus negligentia amissum sit, sine tergiversatione præstet. Sin autem intra mensem non fecerit, duplum reddat Collegio, & usq; eo comæatu careat quoad prestiterit. Vice-mâgr autem decanus prædictus, & dictus thesaurarius, si non intra mensem suum officium in hæc parte fecerint, comæatu usq; eo priventur quoad plenè expleverint. Vasa aurea et argentea et si quid prætereà pretiosum sit, quod quotidianis usibus non subserviat, in turri tutò conservetur, neq; unquam ex ea promatur, nisi singulis rebus in Registro eorum manibus qui promunt scriptis. Si quis libros ex bibliothecâ aut aliud quidpiam ex bonis collegii mutuetur, in dictis Registris suâ manu scribat, et de iisdem reddendis fidem det. Qui autem non reddiderit, aut duplum solvere, aut tantisper comæatu carere volumus, dum solverit.

### Caput XXX. De Sacerdotiorum collocatione.

SI quod sacerdotium, aut dignitas, promotiove ecclesiastica, cujus collocatio ad Collegium pertinet, forte vacaverit; volumus illius præsentationem intra mensem, postquam Collegio indicatum fuerit, vacare in socium secundum suum gradum maxime seniore sive domi sive absens fuerit, qui nullum sacerdotium aut præbendam aut ullam ecclesiasticam promotionem habet, (nisi aliquis fortassis qui habet deponere voluerit) omninò conferri, si non gravissima causa per Mâgrum, aut eo absente vice-mâgrum, (modo Mâgri absentis consensus vel obtineatur vel requiratur) & majorem partem octo seniorum approbanda obtiterit. Quod si ei propter causam supradictam non conferatur, tum proximè senior habeat & ita deinceps. Quinetiam si sacerdotium absente Mâgro cuiq; hoc modo conferatur, & propter Mâgri absentiam præsentatio obsignari non poterit, antequàm donatio ad episcopum propter rei delationem devolvatur, tum ut, ne ejus donatione pro illâ vice fraudetur, sigillum comune, etiam absente Mâgro, præsentationi opponi volumus. Deniq; statuimus & ordinamus, ut nulla unquam advocatio, quam vocant, alicujus sacerdotii, alicujus rectoriæ aut vicariæ, aut cujuscunq; promotionis ecclesiasticæ ad Collegium pertinentis cuiquam ullâ de causâ detur aut conferatur.

### Caput XXXI. De Januis et Ostiis.

IN januis custodiendis hic sit modus: statuimus primum ut jannua parva sub turri majore hyeme manè horâ sextâ aperiatur, vesperi horâ octavâ obseratur: æstate autem manè horâ quintâ aperiatur, vesperi horâ nonâ obseratur. Tempore autem prandii & cœnæ semper obserata sit: parva autem janua quæ ad scholas publicas ducit, sit noctu duabus seris obserata, quarum altera interdium aperta sit, altera semper serata; cujus clavē singuli mâgri socii, ut illâc interdium cum ipsis commodum videbitur, egrediantur,

egrediantur, habeant. Horæ in hac januâ aperiendâ et claudendâ eadem observentur quæ in alterâ. Janua autem quæ ducit ad agros aperiatur manè horâ septimâ hyemæ, æstate horam circiter quintam; vesperî autem hyemæ obseretur horâ sextâ, æstate horâ nonâ. Hyemem in hoc statuto intelligimus a festo S. Michaelis usq; ad festum Annunciationis B. Mariæ; æstatem autem, quod reliquum est anni. Januæ majores nunquam nisi vecturæ causâ aperiuntur, statimq; claudantur. Janitor in hac re diligentè suo fungatur munere, alioqui officio privetur. Claves vesperî januis obseratis ad M̃grum, aut eo absente, vice-m̃grum deferri volumus.

N<sup>o</sup> I.  
Statutes of  
Trinity College  
Cambridge.

## Caput XXXII. De Evidentiis et Monumentis.

NIHIL est quod al<sup>i</sup> Collegii conservationem plus valeat, quam evidenti-  
arum monumentorumq; diligens custodia. Idcirco statuimus et ordinamus ut  
literæ patentes Fundatoris Collegii, cæteraq; omnia monumenta, evidentiæ,  
rotulæ, curiarum rentaria et terraria in cistis et capsulis decentè in turri  
reponantur; quarum claves M̃gr vel eo absente vice-m̃gr, decani, thesaurarii  
servent. Nihil horum nisi gravissimâ de causâ a Mãgro aut eo absente vice-  
m̃gro, et majore parte 8 seniorum approbandâ, inde expromatur aut cuiq;  
ostendatur; si quid forte efferendum sit, in Registro res abstracta, nomen  
extrahentis, & dies quo extrahitur, scribatur. Singularum acta a senescallo,  
quem vocant, curiarum quotannis in membranîs describantur, et ad Col-  
legium afferantur, alioqui dictum senescallum stipendio carere volumus.  
Collegii scriba rotulas curiales in unum librum describat. Rotulæ ipsæ in  
turri condantur; librum autem, M̃gr, aut vice-m̃gr ubi ad Collegii sacer-  
dotia et fundos progressionem facit, secum circumferat; ut videat annua  
singularum curiarum acta, quo melius de statu Collegii judicet.

## Caput XXXIII. De Computo, quod vocant, faciendo.

QUONIAM ad Collegii utilitatem plurimùm valet, diligens acceptorum  
et expensorum ratio; idcirco statuimus et ordinamus, ut singulis annis sem-  
per quarto die Decembris rationes totius anni præteriti, ab auditore, quem  
vocant, diligenter subducantur; quo status Collegii melius cognoscatur.  
Quibus interesse volumus, si domi sint, M̃grum, et vice-m̃grum reliquosq;  
seniores. Quo tempore thesaurarii reddant omnium acceptorum & ex-  
pensorum rationem, & si quid Collegio debent, post rationes confectas red-  
dere cogantur. Et si non ante finem mensis proximè sequentis, singuli  
istorum debitum suum Collegio dissolvât, tum eos in perpetuum expelli, et  
in jus vocari mandamus. Singuli horum nunquam plus pecuniæ præ-  
manib<sup>9</sup> habeant, quam M̃gr & major pars octo seniorum necessarium duxe-  
rint; neq; pecuniam ex ærario recipiant, nisi prius sumam quam reciperint  
propriâ manu in utrâq; parte unius indenturæ scripserint. Cujus indenturæ  
pars altera in com̃uni cistâ in ærario reservetur, altera pars penes thesau-  
rarium sit. His itaq; pactis coram M̃gro & octo senioribus rationum  
summas particulatim exponat, et tum eas, tum pecuniam defectam quam  
arreragia & superlata, quæ supplusagum vocant, in membranîs referendam  
curent. Quas quidem membranâs in turri minori reponi volumus. Pe-  
cuniam autem, quam excrementiam appellant, in turri itidem a M̃gro &  
decanis recondatur. Eodem tempore generalis Receptor rationem quoq;  
omnium acceptorum coram M̃gro & octo senioribus, & Auditore reddat.  
Deniq; statuimus ut singulis anni quartis thesaurarii & senescallus pro  
sociorum com̃eatu coram M̃gro, aut eo absente, vice-m̃gro & octo seni-  
oribus rationem acceptorum & expensorum reddant, quo status Collegii  
melius cognoscantur.

• Sic in MS.

### Caput XXXIII. De Sigillo Communi.

SIGILLUM cōmune intra turrim minorem aut sacellum in cistā quinq; clavibus obseratā reponatur; quas custodiant M̄gr, decani, thesaurarij; & cum quispiam eorum exiverit, clavem suam cum deputato relinquat sub pœna commeatus menstrui, et nemo illorum duas unquam servet simul. Sigillum autem nunquam cuiquam syngraphæ aut scripto apponi volumus, nisi convocatis in sacellum octo senioribus, & octo præterea ex maximis senioribus socijs: quorum omnium si octo cum M̄gro consenserint, sigillum scripto obsignando apponatur, sin minùs res omninò infecta maneat. Absq; consensu M̄gri nullum aliquando obsignetur; qui, si a Collegio abfuerit, et vice m̄gro potestatem per literas alicujus scripti obsignandi fecerit, tum scriptum illud, octo ex supradictis cum vice-m̄gro consentientibus obsignetur. Pro sigillo præsentationis alicujus sacerdotij aut promotionis ecclesiasticæ, nihil pecuniæ accipiatur. Pro indenturis et locationibus singuli socij supradicti xij<sup>d</sup>, M̄gr autem ij<sup>a</sup> recipiat, tantū quod sup̄ee potest ad Collegij usum conferatur.

### Cap. XXXV. De Possessionibus non alienandis, & de locationibus earundem.

STATUIMUS & ordinamus ut M̄gr & xvj. socij maximè seniores, penes quos locationem rectoriarum, maneriorum, ædium, hortorum, fundorum, agrorum, tenementorum, & firmarum omnium cujuscunq; generis ad Collegium pertinentium perpetuò esse volumus, nullā de causā sub pœnā perjurijs & locorū suorum in perpetuum amittendorum; ulla maneria, rectoria, advocaciones, jus patronatus ecclesiarum, terras, tenementa, redditus, servitia, possessiones, aut ullam partem prædictorum vendant aut alienent, nisi forte sint ædes ruinosæ, quæ magis exigunt reparationes, & quæ plus damni quam commodi Collegio videbuntur adferri, quæ consensu M̄gri & seniorum supra-dictorum vendi & alienari possint. Statuimus porrò ut firmas rectoriarum, & omnium cōmoditatum ad eas pertinentium non ultra spatium et terminū X annorum, quotiescunq; vacaverint & terminus dictus finitus & completus plenè fuerit, M̄gr & prædicti seniores locent & ad firmam dimittant, sub pœnā perjurijs & locorum suorum in perpetuum amittendorum. Cætera autem maneria, fundos, agros, & tenementa cujuscunq; generis aut conditionis fuerint, non ultra spatium ac terminum xx annorū quotiescunq; vacaverint, et terminus prædictus finitus & plenè completus fuerit, locent et ad firmam dimittant, sub pœnā prædictā. Atq; in singulis indenturis sint hæc duæ clausulæ; nimirum quod ejusmodi tenentes rectorias, tenementa, beneficia, fundos, agros, aut ædes, aut ullam partem aut portionem eorundem non alienabunt, neq; terminum aut tempus sic ijs concessum, vel partem aliquam illius, alijs personis quibuscunq; concedante, seu qualitercunq; tradent, sine licentiā speciali & consensu M̄gri & prædictorum seniorum, et ut redditus & pecuniæ summas pro illis debitas thesaurarijs in Collegio intra mensem, aut ad summū XL. dies solvant; et pro conditionibus cujuscunq; indenturæ firmiter servandis, sit clausula vel reintrandi vel indenturæ adnihilandi, vel utrumq; faciendū, prout jurisperiti Collegio tutissimum ac commodissimum judicaverint; et singuli tenentes seu firmarij non alieno nomine, sed suo ac proprio nomine rectorias & firmas cujuscunq; generis ad Collegium spectantes habeant teneantq;. Deniq; ut omnes reparationes faciendas, & omnes expensas, et onera tam ordinaria quam extraordinaria supportanda, et intra terminum proxime post initiū termini in indenturis expressi, singuli eorum terraria vere & fideliter facta ad Collegium deferenda curent. Porrò statuimus et decernimus, ut nulla omninò reversio, quam vocant, ullius rectoriæ, manerii,

manerii, fundi, agri, aut possessionis cujuscunq; generis ad Collegium spectantis, unquam concedatur, aut dimittatur, nisi biennium ad suum in singulis indenturis expressum plenè completum et finitum sub pœnâ prædictâ. Et si firma aliqua aut rectoriæ aut possessionis cujuscunq; generis ad Collegium spectantis cuiquam, ex socijs Collegij, discipulis vel famulis ejusdem aliquando fortè locetur, statim ut syngrapha obsignata fuerit, eum a Collegio amoveri volumus.

N<sup>o</sup> I.  
Statutes of  
Trinity College,  
Cambridge.

### Cap. XXXVI. De Auditoris et Senescalli curiarum, et Receptoris officijs.

STATUIMUS et ordinamus, ut sit unus Auditor, qui computo faciendo semper, die ad idem ipsum in statutis præscripto, intersit, et rationes omnes acceptorum et expensorum totius anni accuratè consideret, et consideratas fidelitèr subducendas examinandasq;, easdemq; intra tres menses in membranas transcribendas et ad Collegium deferendas curet. Sit præterèa unus Senescallus curiarum, qui cum opus sit, per Māgrum & thesaurarios admonitus, curijs omnibus ad Collegium spectantibus, cum peragenda sint, intersit; & omnia quæ ad tale munus pertinent, sedulò obeat. Sit porrò unus Receptor generalis, qui omnes & singulos Collegij redditus colligat, & fideliter ad Collegium deferendos curet: Qui cum electus sit, antequam ad illud munus admittatur, sufficientes obsides sub obligatione pro fidelitate suâ det Collegio. Horum singuli stipendium habeant, prout proportio Collegij in his statutis descripta declarat & non amplius. Et in eorum literis patentibus semper provisum sit, ut ipsi in propriâ personâ suis officijs fungantur, et nunquam pro se vicarium aut vicarios substituunt, sub pœnâ locorum suorum amittendorum, nisi fortè aliquando morbo impediti fuerint. Istorum eligendorum potestatem habeant Mgr & octo seniores, & in eorum electione eandem formâ, quæ est in officarijs eligendis præscripta, teneant.

### Cap. XXXVII. De Famulis Collegij.

EST in cujusq; societatis civilis administratione cum primis necessaria, ut sint quædam membra infima quæ reliquis inserviant; & proptereâ statuimus ut in hoc Collegio sit unus Registrarius sive scriba, unus custos sacelli, mancipium unum, duo promi, tres coqui, lixa unus, janitor unus, lotrices tres, quatuor famuli præterèa pro Mgro et officarijs Collegij, quorum singuli stipendia habeant, prout proportio Collegij in his statutis descripta monstrat, & singuli quod suum sit officiū diligentèr exequantur. Quos quidem omnes Mgro aut eo absente vice-mgro, thesaurarijs & senescallo parere volumus, & de illorum sententiâ omnia & singula ad suum munus spectantia administrare, et si aliquando deliquerint, istorum arbitrio corrigi. Quorum electio sit penes Mgrum & octo seniores, aut Mgro absente, penes vice-mgrum & septem seniores; in quibus eligendis idem servetur suffragandi modus qui est præscriptus de officarijs eligendis. Quatuor tamen famulos, quos postremo loco pro Mgro & officarijs posuimus nominandi potestatem semper soli Mgro concedimus. Quod si forte quispiam prædictorum ex Academiâ egredi voluerit aut coact<sup>9</sup> fuerit, copiam egrediendi a Mgro aut eo absente vice-mgro petat, sub pœnâ loci sui amittendi.

Cap. XXXVIII. De Pœnâ majorum criminũ  
 & minorũ.

EST nihil quod magis homines ad delinquendum incitet quam impunitas; et propter eam statuimus & ordinamus, ut si quis Sociorum aut Discipulorum aliorumve intra Collegium vitam degentium, hæresos, aut probabilis suspicionis hæreseos, simoniæ, aut impiæ et perversæ alicujus opinionis, aut dogmatis aut læsæ majestatis, aut pertinaciæ, aut perjurij, furti notabilis, homicidii voluntarij, stupri, adulterij, incestus, raptionis, injuriosæ ac violentæ percussione socij cujusdam, discipuli, pensionarii, sisatoris aut subsisatoris convictus sit, aut vulnus grave cuiquam ex prædictis inflixerit, aut si M̃grum ejusve vicarium, aut officiarium, octove seniorum quempiam vel leviter percusserit, qui etiam portas Collegij furtim reseraverit, aut conjurationes vel insidias contra Collegium comparaverit, vel seditiones in Collegio aliquando excitaverit, aut damnum grave ei intulerit, aut per alios hæc fieri procurarit, aut dedecus infamiamve dicto Collegio inusserit, & vel hæc omnia prædicta crimina, vel singula eorum se admisisse, aut coram M̃gro ejusve vicario & octo senioribus confessus fuerit, aut eorundem idoneis testibus convictus fuerit, M̃gri et majoris partis octo seniorum consensu, sine ulla monitione Collegio omninò privetur. Minorum autem criminum pœna, de quâ nulla in statutis fit mentio, judicio M̃gri aut ejus vicarij & octo seniorum semp relinquatur.

Cap. XXXIX. De causis quibusdam Collegij  
 deserendi in alijs Statutis non expressis.

SÆPE incidunt ejusmodi causæ ut Collegium deserere necesse sit; itaq; statuimus et ordinamus, ut dicti Collegij vel M̃gr, vel sociorum, discipulorum, pensionariorum, sisatorum et subsisatorum quispiam matrimonium contraxerit, vel ad aliquod aliud Collegium in Academiâ Cantabrigiensi vel extra ut M̃gr, socius, vel discipulus electus et admissus fuerit, aut munus præconis, quem Bedellum vocant, consequutus sit, immediatè ubi hoc M̃gro vel eo absente vice-m̃gro & octo senioribus pro certo cognitũ sit, Collegium penitus amittat.

Cap. XL. De M̃gri, si res exigat, amotione.

QUONIAM capite gravi aliquo morbo laborante, cætera corporis membra vehementer quoq; vexari solent; idcirco statuimus & ordinamus, ut si M̃gr Collegij in suo negotio obeundo admodum negligens & dissolutus repertus fuerit, aut de inhonestâ vitæ ratione aut incontinentiâ suspectus per vice-m̃grũ & reliquos septem seniores, aut per majorem partem eorum, quorum conscientiam hæc in re, quantum possum<sup>9</sup>, oneramus, sicut Domino Jesu rationem reddituri sint, cum omni lenitate & modestiâ admoneatur. Sin autem neq; tum quidem vice-m̃gr & reliqui seniores: vel major pars eorum rem omnem visitatori episcopo Eliensi, qui pro tempore fuerit, aperiant; qui et eam diligentè cognoscat, et cum æquitate definiat. Cujus sententiæ M̃grũ sine ullâ appellatione omninò parere volumus, sub pœnâ loci sui in perpetuũ amittendi. Porrò si dictus M̃gr coram dicto visitatore aliquando examinatus, et vel de hæreseos vel læsæ majestatis crimine, vel si de simoniâ, usurâ, perjurio, coram eodẽ, comisso



eoſſiſſo furto notabili, homicidio voluntario, incestu, adulterio, fornicatione, dilapidatione bonorum Collegij, vel de violatione statutorum ejusdem, vel deniq; de alio quovis crimine conſimili notabili coram prædicto viſitato legitime convictus fuerit, ſine morâ per eundem vice-mãgrum officio Mãgri privetur, neq; ei ullam appellationem, neq; ullum aliud juris remedium permittimus; ſed cuncta quæ in hæc cauſâ tentaverit, irrita eſſe volumus & decernimus ipſo facto.

Nº L  
Statutes of  
Trinity College  
Cambridge.

**Caput XLI. De Officio trium Lectorum publicorum, qui in ſcholis Academiae prælegunt; quorum unus Theologiam, alter linguam Hebræam, tertius Græcam doceat.**

QUO quis ulteriori mercede et ſtipendio eſt donatus eo majorem laborem libenti animo ſuſcipere debet; et propterea ſtatuumus et ordinamus, ut tres præcipui et publici lectores, quorum ſinguli XL libras a Collegio ſanctæ & individuae Trinitatis, a Rege Henrico viij patre noſtro chariſſimo, fundato in ſingulos annos recipiant. Unaquaq; hebdomadâ cujuſq; termini quater ſinguli minimùm legant: & auditores ſemper antea de eo die quo legere volunt admoneant. Cupimus tamẽ ut ſingulis præſtis inſuper toto magnæ vacationis termino, ſi peſtis non ingruerit, & tria ex præcipuis Collegijs ſuam juventutem non ruſ amandarint, eos quoq; legere præcipimus. Præcipua Collegia hoc loco intelligimus, Collegium Regis, Collegium ſanctæ & individuae Trinitatis, Collegium D. Johannis, et Collegium Chriſti. Et quoties ſinguli vel eo termino, vel reliquis tribus terminis, diebus præſtitis legendi officium prætermiſerit, toties, x. ſolidis mulcentur, qui dempti de eorum ſtipendio in Collegij uſum cedant. Quod ſi quiſpiam eorum ægrotaverit, aut aliquâ gravi cauſâ per Mãgrum & majorem partem octo ſeniorum approbandâ, impeditus fuerit, tum intra triduum ad ſummũ, pro ſe unum, qui ſit ad illud munus idoneus obeundum ſubſtituat; ut auditorum utilitati diligentèr conſulatur. Verum alijs de cauſis nunquam pro ſe ſubſtituere ſub poenâ loci ſui amittendi permittim⁹. Horas autem a Vice-Cancellario & Mãgro dicti Collegij cum quatuor ex octo ſenioribus præſtitutas obſervent; ſinguliſq; diebus quib⁹ legere tenentur, ſinguli integram ferè horam prælegendo conſumant. Quinetiam authores a prædicto Vice-Cancellario, Mãgro, et quatuor ex octo ſenioribus dicti Collegij designatos legant, & modum quoq; quem illi utiliſſimum comòdiſſimumq; duxerint, perpetuo obſervent. Porro ſtatuumus et volumus ut quotieſcunq; locum prædictorum lectorum vacare contigerit, plenam poteſtatem eligendi habeant Vice-Cancellarius Academiae Cantabrigienſis, Mãgr dicti Collegij, cum duobus maximè ſenioribus dicti Collegij ſocijs; quinetiam præpoſiti ſeu Mãgri trium reliquorum Collegiorum præcipuorum, viz. Collegij Regalis, Collegij D. Johannis, & Collegij Chriſti; et ſi quiſquam prædictorum electorum Vice-Cancellarius id temporis fuerit, tum ſumatur ejus loco Mãgr Collegij Reginae; qui omnes in publicis ſcholis in unum per Vice-Cancellarium, cum conſenſu Mãgri S. & individuae Trinitatis prædicti, convocati, breve quoddâ ſcriptum ſeu instrumentum per ſcribam Academiae, poſtridè quam locum vacare intellexerint, componendum curent; in eoq; diem ad ſingulos eorum qui illud munus petunt diligentèr examinandos præſtituant. Hujus ſcripti ſeu instrumenti ſint duo exemplaria deſcripta; quorum alterum ad oſtium Templi D. Mariae propè forum ſiti, alterum ad oſtium publicarum ſcholarum aſſigatur; ibiq; utrumq; ad ſeptem dies integros ſtet, quo ab omnibus prædictæ Academiae ſtudentibus intelligi poſſit locum vacare. Sit autem dies examinationis octavus dies poſtq; Vice-Cancellario & Mãgro Collegij S. & individuae Trinitatis a Rege Henrico octavo patre noſtro chariſſimo fundati, locum vacare notum fuerit. Quod ſi quiſpiam eorum qui tunc abſuerint ab Academia judicio majoris partis electorum, etiamſi non petat, digniſſimus loco vacante videbitur, dies examinationis

N<sup>o</sup> I.  
Statutes of  
Trinity College,  
Cambridge.

nationis in eo casu tantum usq; eo poterit deferri, quoad commodè respectu ad loci distantiam habito, ubicunq; fuerit accerseri queat. Et si extra regnum Angliæ fuerit; interea aliquis ad locum supplendum per majorem partem dictorum electorū surrogatur, et pro ratâ portione stipendium habeat. Sit autem examinandi modus hujusmodi. Si lectura theologica vacaverit, tum theologorum singuli qui illud munus petunt, (quos vel doctores theologiæ vel bacchalaureos ejusdem facultatis semper esse volumus) primum per facultatem theologicam examinentur, quid in Scripturis sacris intelligendis & in sacrorum Patrum scriptis possunt: deinde singuli eorum qui petant, diebus per electores ad eam rem præstitutis, aliquam Scripturæ partem per prædictos electores sibi assignatam, per spatium unius horæ in publicis Scholis palàm interpretentur. Quod si lectura Hebraica vel Græca vacaverit, singuli qui petunt in linguarum illarum cognitione per aliquot earum linguarum peritos, examinentur; et certis diebus, partem alicujus libri aut authoris in illis linguis scripti per dictos electores assignatam, per spatium unius horæ, ut suprà de lectore theologico dictum est, in scholis publicis palam interpretentur; postridie autem quam singuli hoc modo palam prælegerint; prædicti electores publicis in Scholis in unum convenientes, jurejurando se obstringant, in locum illum jam vacantem se, neminem vel gratiâ, vel munere, vel spe alicujus muneris comotos, sed eum quem, conscientia testante, maximè ad id munus idoneum judicaverint, electuros, semotâ omnî sinistrâ affectione prout sint, & Jesu Servatori rationem in ultimo die redditori, & Academiæ honori & studentium utilitati consulturi. Atq; si contigerit vel nos vel quempiam ex successoribus nostris aut magnatibus hujus regni, quem per liberas ad hujusmodi locum commendare, qui non sit ad eum maximè idoneus, (optimum semper Deo teste & conscientia præficiendum cupimus) tum volumus & mandam<sup>9</sup> sine ullâ dictarum literarum respectu, ut electores præstantissimum & ad auditores instituendos accomodatissimum eligant. Quod si quispiã eorum penes quos eligendi potestas sit fortè abfuerit, ejus locum suppleat illis vicarius, eandemq; auctoritatem inter eligendum habeat. Qui omnes inter eligendum potissimum considerent solidam doctrinã, vocis claritatem, prononciationem et elocutionem, et socios sanctæ et individuæ Trinitatis prædicti, si modò cæteris qui petunt pares sint, semper præferant, & in quem major pars electorum consenserit, is pro electo habeatur. Quod si electores post tria aperta scrutinia hoc modo consentire non possunt, tum is electus esto quẽ Vice-Cancellarius & Mgr dicti Collegij nominaverint; et si forte id temporis Mgr dicti Collegij sit Vice-Cancellarius, tum is sit electus quem ille & Collegii Regalis præpositus nominaverint, sed si hi duo i. e. Vice-Cancellarius & Mgr dicti Collegij, vel si dictus Mgr Vice-Cancellarius sit, tum nisi dictus Mgr et Præpositus Collegij Regalis de uno aliquo consenserint, tum is pro electo habeatur quem illius Academiæ Cancellarius (si episcopus sit) solus nominaverit; verum si Cancellarius illius Academiæ non sit episcopus, tum quem Archiepiscopus Cantuariensis solus nominaverit electus esto. Quâ re confectâ, electus ille per Mgrum dicti Collegij S. & individuæ Trinitatis simul atq; jusjurandum coram dicto Mgro & octo senioribus ejusdem Collegij de hoc statuto servando dederit, admittatur. Nemo in locum prædictorum lectorum unquam eligatur, qui sit de hæresi probabiliter suspectus, vel infamiâ notatus. Qui ad Hebraicam lecturam eligetur, sit ad minimum vel Mgr artium, vel bacchalaureus theologiæ, aut doctor ejusdem facultatis. Qui autem ad Græcam lecturam assumetur, sit ad minimum Mgr artium vel bacchalaureus theologiæ; doctores omnes cujuscunq; facultatis fuerint, ab hâc Græcâ lecturâ omninò excludimus. Quod si socius Collegij S. & individuæ Trinitatis prædicti, ad aliquem locum prædictorum lectorum electus sit, cum primum admissus fuerit, deinceps socij nomẽ solum teneat: et si unus sit ex numero octo seniorum, senioritatem illam, cubiculum quoq; suum et sisatorem habeat; comœatu vero, stipendio et liberaturâ socijs debitis, toto illo tempore quo illud legendi munus obit, penitus careat: cæterum si legendi munus deposuerit, tum sodalitiū ut antèa cum omnibus commoditatibus habeat. Insuper statuimus ut singuli ad aliquod prædictorū lectorum munus electi, cujuscunq; Collegij socij aut pensionarij fuerint, (exceptis semper Collegiorum mgris, doctoribus, et maritis) aut ubicunq; antèa habitaverint, cum primum, admissi fuerint, in dicto Collegio S. & individuæ Trinitatis, prout fundatoris voluntas postulat, quamdiu

quamdiu illud munus exequantur habitent. Et statutis ejusdem Collegij eodem modo quo socij ejusdem pareant, & omnes actus scholasticos ad quos socij tenentur observent, cæteraq; omnia ut socij Collegij agant, sed nil præter stipendium lectori debitum a dicto Collegio recipiant. Et si quispiam illorum socius vel pensionarius alterius alicujus Collegij antea fuerit, nunquam in socium vel in numerum octo seniorum ejusdem Collegij, quamdiu illud munus tenuerit eligatur: verum si munus illud vel suâ sponte deposuerit, aut præ morbo aut imbecillitate virium exequi non possit, in socium Collegij prædicti (ne omni spe destituatur) per Mgrum & majorem partem octo seniorum dicti Collegij S. & individua Trinitatis, si modo statuta Collegij in quo antea socius erat, permiserint, eum eligi volumus, quocunq; dicti Collegij S. & individua Trinitatis statuto non obstante. Quod si statuta Collegij in quo antea fuerit non permiserint, tum in socium non eligatur aut admittatur, sed tamen stipendium, comæatum, & liberaturam, cæteraq; commoda habeat, socio dicti Collegij qui sit ejusdem gradus debita, eâ lege ut statuta dicti Collegij ad socium ejusdem Collegij ejusdemq; gradus pertinentia per omnia observet, atq; toto illo tempore quo his comòdis in dicto Collegio fruitur, sodalitiùm quod in dicto Collegio tunc vacat, vel proximè post vacabit, ne dictum Collegium quicquam damni inde accipiat, omnino vacare volumus et mandamus. Item singuli ad aliquod prædictorum lectorum munus electi, tam socij dicti Collegij quam cæteri, pro comæatu ex stipendio sibi pro lecturâ debito, sex libras quotannis dicto Collegio solvant, hoc est, ad finem cujusq; quartæ anni triginta solidos. Cubiculum verò in Collegio gratis habeant singuli eorum. Quod si aliquando ægrotaverint, tum volumus, ut pro singulis hebdomadis quibus ægrotaverint, viginti denarios ex prædictis sex libris demptos habeant. Suum legendi munus, quamdiu et illud diligentè obierint et ipsi voluerint teneant. Verùm si quispiam eorum suum officium negligentè fecerit, et ter per Vice Cancellariũ & Mgrum dicti Collegij eâ de re admonitus non emendaverit, aut si de hæresi aut aliquo crimine notabili coram Vice Cancellario et dicto Mgro legitimè convictus fuerit, aut si contra fidem orthodoxam aut contra sacramenta aliquando loquit<sup>9</sup> esse vel aliquid egisse deprehensus sit, aut ab Academiâ amplius quadraginta dies in annos singulos abfuerit, nisi gravissima causa per Mgrum dicti Collegij et majorem partem octo seniorum ejusdem approbanda obstiterit, tum idem suum locum amittat, quocumq; scripto, autoritate, aut mandato concesso vel in posterũ concedendo, vel quâcunq; dispensatione a quocunq; obtenta non obstante, lecturâ privetur. Nemo prædictorum Lectorum durante tempore lecturæ suæ, ullum officium, magistratum, aut lecturam aliam vel in dicto Collegio vel in Academiâ habeat, sub pœnâ prædictâ. Hujus Statuti unum exemplar sit intra Statuta dicti Collegij et alterum in libro de Statutis Academiæ descriptum.

## Cap. XLII. De Officio pauperum.

CUM in literis patentibus de fundatione Collegij sanctæ & individua Trinitatis mentio de pauperibus ibidem victuris facta sit, et nullus certus numerus in iisdem literis præscriptus; statuimus & ordinamus ut sint numero viginti. Atq; ex his x. nostræ auctoritati eligendos reservamus, reliquos Mgro et senioribus eligendos tribuimus. Et nemo in illorum numerum admittatur, qui non sit inopiâ oppressus aut bello contractus & mutilatus, aut senio confectus, & ad miseriam redactus, et ut omnes ac singuli Cantabrigiæ prope Collegium prædictum, prout literæ patentes fundationis postulant, ætatem degant si commodè possint, quo singulis diebus in Templo sive Sacello Collegij divinis precibus quotidie intersint, et pro regiâ Majestate et pace Ecclesiæ & Regni incolumitate sedulo orent, & Mgro aut eo absente Vice-mgro, in omnib<sup>9</sup> quæ ad Ecclesiæ decorem pertinent, obtemperent. Quod si quispiâ istorum ista facere recusaverit, is loco suo in perpetuum amoveatur. Quinetiâ si factiosus sit aut hæreticus, aut de hæresi probabiliter suspectus, aut infamis, aut aliquod crimen notabile admisit; si se coram Mgro et octo senioribus non legitimè purgaverit, loco privetur. Nullam porrò mulierem volumus in hunc numerum admitti. Et quò prædictorum pauperum singuli melius in officio contineantur,

volumus et decernimus, ut quotannis calendis Octobris, unus ex illorū numero qui gravitate, prudentiā & virtute cæteros præstare videatur, per M̄grum & octo seniores vel quatuor eorum minimū eligatur tanquā Præses, qui diligenter consideret, ut singuli honestè et decenter se gerant, ut singula hoc statuto contenta sedulò observent. Præterea volumus cum quispiam prædictorum pauperum abfuerit vel a precibus matutinis vel vespertinis in diebus tam profestis quam festis, nisi ægrotaverit, aut copiam a seniore Collegij decano petierit, cum arbitrio M̄gri aut eo absente vicem̄gri vel decani corrigi; ipsūmq; qui tanquam Præses si suum officium aut prætermiserit, aut negligentè fecerit, arbitrio M̄gri aut vicem̄gri puniri. Deniq; volumus ut omnes togis coloris violarum et uno eodemq; modo confectis cum insignibus Rosæ vestiti, tam in Collegio quam in oppido semper incedant. Et plures quam XL dies singuli in singulos annos petità a M̄gro aut Vice-m̄gro facultate, a Cantabrigiā ne absint sub pœnā expulsionis. Reliqui quatuor ex ordinatione Thomæ Allen presbyteri, semper sumenter ex ijs pauperibus qui in Stevenage habitant.

Cap. XLIII. De Cōneatu, Stipendio, et Liberaturis omnium qui sumptibus Collegij aluntur et sustentantur.

	£.	s.	d.
M̄gr Collegij habeat quotannis pro cōneatu & stipendio - - - - -	C		
Pro liberaturâ - - - - -	iiij		
Doctorum theologiæ singuli habeant p̄ cōm̄ in sing: hebdomadis - - - - -			xx
Pro stipendio annuo - - - - -	v		
Pro liberaturâ annuâ - - - - -	ij	vi	viiij
M̄grorū artium singuli habeant pro cōneatu - - - - -			xx
Pro stipendio annuo - - - - -	ij	xiiij	iiij
Pro liberaturâ annuâ - - - - -	l	xiii	iiij
Baccalaureorum artium singuli habeant pro cōneatu - - - - -			ij
Pro stipendio annuo - - - - -	ij	j	ij
Pro liberaturâ annuâ - - - - -	j	vi	viii
Baccalaur: theol: sing. habeant p̄ cōneatu in singulas hebdomadas - - - - -			viiij
Pro stipendio annuo - - - - -	iiij	j	
Pro liberaturâ annuâ - - - - -	ij		
Discipulorum quī Baccalaurei sunt singuli habeant pro cōneatu in singulas hebdomadas qui verò non sunt Baccalaurei pro cōneatu - - - - -			
Pro stipendio annuo singuli - - - - -		j	iiij
Pro liberaturâ annuâ - - - - -		xiiij	iiij
Sisatorum singuli qui ex reliquijs mensæ sociorum majorum vivunt, habeant præterea in singulas hebdomadas - - - - -			iiij
Pro liberaturâ annuâ - - - - -		vi	viiij
Sacellanorum sing: in sing: hebdomadas habeant pro cōneatu - - - - -			viii
Pro stipendio annuo - - - - -	iiij	j	
Pro liberaturâ annuâ - - - - -	ij		
Clericorum quotannis singuli habeant pro cōneatu, stipendio, et liberaturâ - - - - -	viiij		
Choristarum sing: hebdomatim habeant pro cōneatu - - - - -			
Pro stipendio annuo - - - - -		j	iiij
Pro liberaturâ annuâ - - - - -		xiiij	iiij
M̄gr Choristarum p̄ Musicâ habeat pro cōneatu Pro stipendio et liberaturâ quotannis - - - - -	x	j	viii

M̄gr

	£.	s.	d.
M̄gr Choristarū p̄ Grām̄at: habeat p̄ stipendio quotannis - - - - -	iiij		
Vice m̄gr habeat pro stipendio - - - - -	v		
Decanus senior pro stipendio - - - - -	iiiiij		
Decanus junior pro stipendio - - - - -	iiij	vi	viiij
Thesaurarius senior pro stipendio - - - - -	iiiiij		
Thesaurarius junior pro stipendio - - - - -	iiiiij		
Senescallus pro com̄eatu sociorum habeat pro stipendio - - - - -	iiij		
Concionatorum sing: qui sunt donati sacerd. habeant p̄ stipend. - - - - -	j	vi	viiij
Et qui nullum habent sacerdotium seu ecclesiasticā ullam aliam promotionem, habeant pro stipendio - - - - -	ij	xiiij	iiiiij
Lector primarius pro stipendio habeat - - - - -	vj		
Quatuor Sublectores singuli habeant p̄ stipendio - - - - -	ij	xiiij	iiiiij
Lector Gr̄c̄æ lingūæ pro stipendio - - - - -	iiij		
Lector Humanitatis pro stipendio - - - - -	ij	xiiij	iiiiij
Lector Gr̄c̄æ Gram̄atic̄æ pro stipendio - - - - -	ij		
Lector mathematicus pro stipendio - - - - -	ij	xiiij	iiiiij
Lector pro theologiā habeat pro stipendio - - - - -	xl		
Lector pro linguā Hebraicā pro stipendio - - - - -	xl		
Lector pro linguā Gr̄c̄ā pro stipendio - - - - -	x		
Auditor pro stipendio habeat - - - - -	v		
Senescallus pro curijs pro stipendio - - - - -	v		
Attornatus pro stipendio - - - - -	ij		
Receptor generalis pro stipendio - - - - -	xiiij	vi	viiij

	£.	s.	d.
Pauperes singuli Fundatoris habeant quotannis - - - - -	vi		
Reliqui quatuor Thom̄æ Allen - - - - -	i	vi	viiij
Registrarius pro com̄eatu habeat - - - - -		j	
Pro stipendio et liberaturā - - - - -	iiij	vi	viiij
Mancipium habeat pro stipendio - - - - -	v		
Custos sacelli pro stipendio et liberaturā - - - - -	iiij		
Janitor pro stipendio & liberaturā - - - - -	iiij		
Coquus primus pro stipendio - - - - -	v		
Coquus secundus pro stipendio - - - - -	iiij	vi	viiij
Coquus tertius pro stipendio - - - - -	ij	vi	viiij
Lixa pro stipendio - - - - -	j	vj	viiij
Promus primus pro stipendio - - - - -	v		
Promus secundus pro stipendio - - - - -	iiiiij		
Tonsor pro stipendio - - - - -	v		
Lotrix pro socijs pro stipendio - - - - -	iiij	vi	viiij
Lotrix pro discipulis pro stipendio - - - - -	iiij	vi	viiij
Lotrix pro sacellanis, clericis, choristis, sisatorib <sup>o</sup> & famulis Cott. - - - - -	iiij	vi	viiij
Cubicularius M̄gri, alter famulus qui eum comitetur, Custos equorum M̄gri, Custos equorum Collegij; quorum singuli habeant pro com̄eatu hebdomadatim cum domi sint - - - - -		i	
Pro stipendio & liberaturā quotannis singuli - - - - -	ij	xiiij	iiiiij
Equi Collegij sumptibus sustentati tres pro M̄gro et tres pro Officiarijs quando ad Collegij negotia obeunda exeunt.			

### Appendix pro Comœatu.

	£.	s.	d.
PRÆTER cōmūnem Comœatum in singulas hebdomadas præscriptum, singuli ex majoribus socijs habeant prætereà, singulis hebdomadis illis, in quas vel Natalia Christi, vel Circumcisio Domini, vel Epiphania, vel Purificatio Beatæ Mariæ, vel Pascha, vel Ascensio Dōi, vel Pentecoste, vel Festum Sanctæ & individuæ Trinitatis, vel Festū omnium Sanctorum inciderit, Et in quas Festum Annunciationis B. Mariæ, vel Festū alicujus Apostoli vel Evangelistæ, vel Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ inciderit, Et quando Socij majores præter cōmūnem comœatum habeant x <sup>d</sup> , tum bacchalaurei vj <sup>d</sup> , & discipuli iij <sup>d</sup> habeant: Et quando Socij majores habeant iij <sup>d</sup> , bacchalaurei iij <sup>d</sup> , & discipuli ij <sup>d</sup> habeant.			x
Item distribuendum pauperibus quotannis - -	xij	vj	vij
Item consumendum ad publicas & cōmunes vias faciendas - - -	xij	vj	vij
Item pro colligendis redditibus Collegij.			
Item pro reparationibus domesticis & externis.			
Item pro detrimentis in comœatu tam sociorum quã discip.			
Item pro expensis in Collegij negotijs obeundis.			
Item pro alijs extraordinarijs expensis.			

### Cap. XLIII. De Peregrinis qui ad mensam vel M̄gri, vel Sociorum majorum vel Discip: invitantur.

STATUIMUS et ordinamus ut si quis ex Collegij benefactoribus, vel firmarijs vel officiarijs externis ad mensam M̄gri, majorum sociorum aut discipulorum invitetur, Collegium sumptus ferat. Verum si vel M̄gr vel quispiam sociorum, discipulorum aut aliorū Collegij membrorum quenquam alium ad mensam vel majorum sociorum vel discipulorum invitaverit, pro homine ab invitante pro ratâ portione prandij vel cœnæ Collegio solvatur.

### Cap. XLV. De Pensionibus seu Annuitatibus.

CUM sint quam plurimæ Pensiones sive Annuitates literis patentibus sub Sigillo Collegij, quæ omnino supervacaneæ sunt, et non necessariae nonnullis hominibus concessæ & traditæ, et ob eam causam discipulorum numerus necessariò diminuitur; idcirco statuimus et ordinamus, ut neq; illæ pensiones seu annuitates, quæ ante idus Decembris Anno Dōi MDLIII, per literas patentes Collegij concessæ fuerunt unquam post terminum dictarū literarum patentium finitum concedantur, neq; ulla alia pensio in posterum cuiquam concedatur, nisi gravissimâ de causâ per M̄grum & xvj maximè seniores socios approbandâ; et nisi tum M̄gr tum xvj socij omnes unanimo consensu ad eandem concedendam conferendamve concordaverint, exceptis illis quatuor pensionibus sive annuitatibus quæ officiarijs externis ex hisce statutis præscriptæ & assignatæ sunt. Porro, cum per Indenturas obligationis suæ vel per Parliamenti auctoritatem perfectum sit, ut omnes rēditus sive proventus Collegii a firmarijs ejusdem in ipso Collegio thesaurarijs solvantur; volumus et mandamus ut nullus sit postea receptor generalis sive particularis, nullaq; pensio sive annuitas cuiq; eo nomine postea unquam concedatur.

Cap.

## Cap. XLVI. De Statutorum Lectione.

AD accuratam Legum & Statutorum observationem, accurata eorū cognitio cum primis requiritur; quæ sine crebrâ lectione eorum in hominum animis firmè insidere non possit. Et propterea statuimus et ordinamus, ut die Veneris proximè post finem cujusq; termini, pulsatâ campanâ, & omnibus sociis, discipulis, pensionarijs, sisorib<sup>9</sup> et subsisorib<sup>9</sup> in sacellum convocatis, horâ primâ pomeridianâ quarta minimum pars Statutorum per decanos legatur, ubi intra annum integrum omnia hoc modo evolvantur; eo consilio ut quisq; plenè suum officium cognoscat, cognitumq; pro virili exequatur. Statutorum sint tria per scribam Collegij descripta exemplaria; unū quod sit semper apud M̄grū, aut eo absente Vice-m̄grū, alterum quod in bibliothecâ, tertium quod in turri minori reponatur. Si quid ambigui his statutis reperiat et e iudicio M̄gri & majoris partis octo seniorum semper dirimatur. Quorum decretis & placitis cæteros omnes in dubijs omnibus obtemperare volumus. Quoniam Thomas Allen clericus bonæ memoriæ hæreditamenta, terras, fundos ac redditus añuos LXXX librarum in perpetuū huic Collegio sanctæ et individuæ Trinitatis ex fundatione Henrici Octavi, testamento suo legavit; partim ut tres Scholæ ad docendos pueros grâmaticam fundarentur, partim ut aliquot pauperes singulis annis sublevantur; ac inter alia, in eodem testamento providit, ut un<sup>9</sup> presbyter stipendio XX marcarum sustineretur, qui certas pro illo preces celebraret, quæ nunc legibus Angliæ sublatae sunt; nos memoriam illius & beneficentiam, ut par est, pro aliquo monumento custodire & consignare cupientes, statuimus & volumus, ut hoc stipendium XX marcarum, quod prius in presbyterum conferebatur, æquis portionibus dividatur in duos scholares qui ad Dei cultum et literarum incrementum in dicto Collegio in perpetuum sustententur & alantur; Proviso, ut etiam hi duo scholares qui his XX marcis fruentur, nomine authorem suum cognoscant, & in perpetuum scholares Thomæ Allen vocentur & nuncupentur.

Explanatio quorūdam locorum in Statuto de  
Electione Sociorum, capite xij<sup>o</sup>, ex unanimo con-  
sensu M̄gri et seniorum iij Octob<sup>is</sup>: M. D. LX.

SENIORITATEM habeant pro ratione gradus, ut senior in Universitate baccalaureus ante minorem admittatur. Intelligi de his qui non sunt ejusdem anni, qui autem ejusdem anni sunt, senioritatē habeant prout M̄gr, aut eo absente Vice-M̄gr, senior decanus, lector primarius, vel duo ex ijs, quorum unus sit dictus M̄gr vel Vice-M̄gr morum & doctrinæ semper habitâ ratione, assignaverint.

## De admissione Baccalaureorum in Socios minores.

OMNES electi admittantur in plenum jus minorum sociorum & recipiant &c. Intellige ita ut admittantur in socios minores tantū, non autem in socios perpetuos.

N<sup>o</sup> I.  
Statutes of  
Trinity College,  
Cambridge.

## De electione Baccalaureorum in Socios maiores.

ATQ; eo anno quo m̄gri artium creandi sunt, ab omnibus electoribus baccalaurei qui jam sunt socij minores in m̄gros artium creandi, eo modo examinati, quo in Capite de tempore assumendi Grad<sup>o</sup> scholasticos dictum est, eo suffragandi modo quo in minores socios electi sunt, denuò in majores socios eligantur vel reijciantur, et electi tum demum in plenum jus majorum sociorum admittantur in perpetuum.

## Explanatio quorundã locorũ Cap. viij<sup>o</sup> De Concionatorum officio.

AC quo illis et melius et liberalius provideatur, potestas sit &c. Quo certius de valore sacerdotiorum & præbendarum in posterum constet, censemus et interp<sup>r</sup> tamur, ut valor semper sumatur ex Coñmentarijs regijs, & subductis decimis annuis, subsidio regi debito, xx. marcis pro stipendio curati, cæterisq; quæ episcopo, officarijs ecclesiæ cathedrali, aut chor de jure vel consuetudine annuatim debentur, residuum tum si dictam sumam xxx. librarum excesserit, post annum a Collegio discedat, sodalitiump; &c.

Caput.	INDEX SIVE TABULA CAPITUM.	Pagina.
I.	Proportio Collegij. - - - - -	i.
II.	De Maḡri officio. - - - - -	ii.
III.	De Seniorum numero et officio. - - - - -	iii.
IV.	De Vice-M̄gri officio. - - - - -	v.
V.	De officio Decanorum. - - - - -	vj.
VI.	De officio Thesaurariorum. - - - - -	viiij.
VII.	De Senescalli officio. - - - - -	ibid.
VIII.	De Concionatorum officio. - - - - -	ix.
IX.	De Lectorum officio. - - - - -	x.
X.	De Tutorum officio simul & Pupillorum. - - - - -	xiii.
XI.	De Officiariorum electione. - - - - -	ibid.
XII.	De Sociorum electione. - - - - -	xvj.
XIII.	De Discipulorũ electione. - - - - -	xviiij.
XIV.	De Pensionarijs. - - - - -	xx.
XV.	De Sisatoribus & Subsisatoribus. - - - - -	xxi.
XVI.	De cultu Dei. - - - - -	ibid.
XVII.	De gratijs agendis, ac de fundatorum aliorumq; benefactorum coñmendatione, & de legendo Biblio. - - - - -	xxiiij.
XVIII.	De publicis Sociorum & Discipulorum exercitationib <sup>o</sup> scholasticis, & de sermone latino. - - - - -	xxix.
XIX.	De tempore assumendi gradus scholast: et sacros ordines. - - - - -	xxxiiij.
XX.	De modestiã & morum honestate colendã. - - - - -	xxxiiij.

*These are the pages of the Museum Manuscript*

De vestitu



Caput.	INDEX SIVE TABULA CAPITUM.	Pagina.	N <sup>o</sup> I. Statutes of Trinity College, Cambridge.
XXI.	De vestitu & ornatu, deq; armis non gestandis	xxxvij.	
XXII.	De exitu ex Academia. - - - -	ibid.	
XXIII.	De vestibus quas Liberaturas vocant. - -	xxxix.	
XXIV.	De ludis comœdijsq; in natali Domini exhibendis. - - - -	xli.	
XXV.	De vitandâ peste & aeris contagione. - -	xli.	
XXVI.	De Cubiculorum distributione. - - -	xlii.	
XXVII.	De expensis eorum qui ad Collegij negotia obeunda emittuntur. - - - -	xliii.	
XXVIII.	De sacerdotijs, prædijs, fundis, & agris Collegij lustrandis. - - - -	ibid.	
XXIX.	De custodia bonorum Collegij. - - -	xliv.	
XXX.	De Sacerdotiorum collocatione. - - -	xlv.	
XXXI.	De Januis & Ostijs. - - - -	ibid.	
XXXII.	De evidentijs & monumentis Collegij. - -	xlvi.	
XXXIII.	De Computo, quod vocant, faciendo. - -	ibid.	
XXXIII.	De Sigillo comuni. - - - -	xlviij.	
XXXV.	De possessionibus Collegij non alienandis. -	xlviij.	
XXXV I.	De Auditoris, & Senescalli curiarũ, & Receptoris officijs. - - - -	xlx	
XXXVII.	De famulis Collegij. - - - -	ibid.	
XXXVIII.	De poenâ majorum criminum & minorum. -	l.	
XXXIX.	De causis quibusdam Colleg: deserendi in alijs statut: non expressis. - - - -	li.	
XL.	De M̃gri, si res exigat, amotione. - -	ibid.	
XLI.	De officijs trium Lectorum publicorum. -	lii.	
XLII.	De officio pauperum. - - - -	lvj.	
XLIII.	De comœatu, stipendijs, & liberaturis. - -	lviiij.	
XLIV.	De Peregrinis qui ad mensam M̃gri, &c. invitantur. - - - -	lxi.	
XLV.	De Pensionibus seu Annuitatibus Collegij. -	ibid.	
XLVI.	De Statutorum lectione. - - - -	lxii.	

APPENDIX, N<sup>o</sup> 2.

## The Statutes of St. John's College, Cambridge.

[MS. Harl. Mus. Brit. 7050. e Collectione T. Baker.]

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

THIS Book of Statutes (viz. of St. Jo. Coll.) was the College copy, and as such is very authentic.

When a new copy was taken (now in the Library) this being lookt upon as useless, was given to Dr. Watson (then Fellow of the Coll.; after Bp. of St. David) and came from him to me; with the other shatter'd copy of the University Statutes.

Num. 23.

Thō. Baker Coll: Jo: Socius ejectus.

Rex, 24 die Maii, Anno Regni Sexto

Concessit Johi Dowman, Legum Doctori; quod ipse [fund:] Fraternalitatem perpetuam infra ecclesiam paroch: de Poklington in Com: Ebor: et quod perquirere possit terr: et ten: ad val. 20. marcarum per an: et ad inveniend: unum idoneum hom: in scientia gramatic: sufficienter doctum ad instruend: & erudiend: omnes & singulos scolares, ad villam de Poklynton causa eruditionis confluen: Ex Billis privatis, pag. 304:

An. 16. Hen. 8. Oct. 12. Rex concedit Thomæ Lynacre in Medicinis Doctori licentiam erigendi tres separales Lecturas artis medicinalis viz. duas in Universitate Oxon: et unam in Universitate Cantabr: ac perquirendi terras annui valoris, 30 *lb.* Priv. Sigilla, p. 324.

An. 1569. Maii 21. A Decree, by William Fulke, then President, and the rest of the seniors, that every pensioner to be admitted into Fellows Commons, shall give for his admission a silver pott or goblet, in weight ten ounces, &c.

An. 1576. Nov. 5. A Decree, by John Still, Master, and the seniors, That all graduates hereafter to be admitted into Fellows Commons, shall pay within a month of their admission, 33 *sh.* 4*d.* to buy plate or books, &c. except such as come to do their Acts, or to take their Degree, or such as shall be upon speciall consideration dispensd with.

An. 1584. Jan. A Decree, by Richard Howland, Master, and the seniors, reference being had to the Statute, De iis, qui concionibus ad plebem exercitabant sese, cap. 22. That there shall every first Sunday of every [kalendar] month, be a Communion with a private sermon, by the preachers allow'd by the College, in the morning betwixt the houres of 8 & 9; and the same day, after noone at one, a publick sermon by the sd. preachers, beginning at the senior and so in order, untill they have perform'd y<sup>r</sup> duty &c.—under the pain of 6 *sh.* 8*d.* to the use of the College, &c.

An. 1586. Feb. 13. A Decree, by Richard Bp. of Peterborough, Master, and the seniors, That every one bound by the University Statutes to common-place, shall in his course perform that exercise, by himself or other for him, weekly upon Munday, Wednesday, and Friday, (unless they be holydays) at y<sup>e</sup> time & place accustom'd &c. under the pain of 3 *sh.* 4*d.* for every default &c; and upon no other day, without the speciall licence of the master & senior dean.

An. 1589, Jan. 16. A Decree, by Will. Whitaker, Master, and the seniors, That all M<sup>r</sup>s of arts, having place of study, or lodging in the College, shall be tyed to all exercices of disputations & common places in

SELECT COMMITTEE ON EDUCATION; &c.

405

in their seniority, & shall have their names in the buttery: otherwise to leave the house.

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

An. 1588. Maii 17. A Decree, by Will. Whitaker, Master, and the seniors, That every catechist, &c. shall not pass the number of twelve days, nor shall finish his catechism, in fewer than eight, &c.; and that none omit any Lord's day or Holy day; and that when one has ended his appointed time of catechising, the next shall begin, &c. Upon penalty, for ending afore 8 days, that he be uneligibile of the place of a preacher; and for intermission, for every time, a noble, to be inflicted by the master or sen: dean.

Further decreed, that all fellow commoners, batchelors, scholars, pensioners, sizars and subsizars, shall every Saturday at three a clock afternoon, be examin'd in the chappell, in the catechism, by the president, both the deans, the sacrist, the catechist, if he will, & any other fellow that will. If any absent himself, to be punished by the master & the deans, the first time, 2*d.*; the second time at y' discretion.

An. 1598. Mar. 6. A Decree, by Rich. Clayton, Master, and the seniors, that the now master, may make choice of any one lease belonging to this College, w<sup>ch</sup> shall be for ever afterward annexed to the Mastership: so that the master for the time being shall have for his better maintenance all the profits, &c. arising any way thereof: Reserving always the old-accustom'd rent to the College, with provision of corn and other reservations according to the statute of the Land & custome of the College.

An. 1625. Feb. 16. M<sup>d</sup>. That whereas by virtue of the Decree above<sup>d</sup> Dr. Clayton, then master, did make choice of Clavering lease to be annex'd to the mastership: now we the master and seniors of the sd. Coli: &c. have consented, and do hereby decree, that the master, having yielded to render up the lease of Clavering, &c. shall & may assume the lease of Ridgwell now letttable, to be for ever annex'd to the mastership, &c. paying the accustomed rent, with provision of corn, as other tenants formerly used. Dr. Gwyn, Master, &c.

An. 1601. Feb. 24. It was decreed, by Rich. Clayton, Master, and the seniors, that from thenceforth the gain of the bakehouse and brewhouse, together with the fellows part of corn-money (detriments being discharged) should be divided weekly, as the scholars corn-money then was, among those fellows only, that do remain at home, & are continuing, when the weekly division is made, or have continu'd the greater part of the week, the Master always having a double share, whether at home or abroad.

M<sup>d</sup>. That it was order'd &c. by the master and seniors, That the preachers in St. Mary's in the forenoon, for the College course, shall observe y' seniority of the town, as those in the after noon usually do. And if there be any M. A. in Fellows Commons, entred into orders, &c. he shall likewise observe his course at St. Mary's in the forenoon, amongst the fellows, according to his seniority in the town, as usually they do in the afternoon.

And none to be bound to this course but such as by the University Statutes are required to preach in the afternoon course. But note that this Order is only signed by Öen Gwyn, Master, and 3 seniors, viz. Rich. Senhouse, Rob. Lane, & Laur: Burnell.

An. 1605. Nov. 6. A Decree, by Ric. Clayton, Master, and the seniors, that no fellow shall have above one subsizar, except allowd by the master and seniors: and if any fellow keep under his tuition more subsizars than one, by the space of a month, to be punished 6*sh.* 8*d.*, if two months, 13*sh.* 4*d.* and so forward, the punishment to be doubled every month. The s<sup>d</sup>. punishment to be inflicted by the M<sup>d</sup>, President, or any officer.

An. 1608. Feb. 23. A Decree, by Ric. Clayton, Master, and the seniors, That all fellow's chambers, with all studies &c. not already prized by the deans and bursars, &c. shall be prized before the 6th of May next, by the two deans and bursars, or two of them at least,—and the prices set down in a

booke—upon pain that not being so prized, every fellow [so neglecting] shall have nothing allowed for his chamber, study, &c. but his successor may freely enter, without paying any thing for them;—and that every fellow afterwards shall take the price of his chamber, studies, &c. out of the College booke afores<sup>d</sup>, &c.

Further decreed, that the same order in all respects shall be observed also, touching those studies, which have been heretofore reputed, to belong only to the Scholars of the House, w<sup>ch</sup> studies, from henceforward, by virtue of this Decree, shall be enjoyed and possessed only, by Scholars of the House in their seniority, till they leave their scholarships, and those such, as will keep in them, themselves, when they continue in the College, or else<sup>r</sup> their next seniors to take and enjoy them.

An. 1629, Jan. 21. Agreed by the President and seniors, that in consideration that Dr. Gwyn, master of the College, had (at the request of divers of the seniors) freely relinquished the interest and claim he had, by their grant, to the lease of our manor of Ridgwell: the senior bursar should pay, unto the sd. master, to his own use, y<sup>e</sup> summe of 200 *lib.* out of the fine moneys, which shall next happen to come unto y<sup>e</sup> College.

An. 1634, Sept. 5. M<sup>d</sup>., That whereas by virtue of a former Decree, An. 1598, Dr. Clayton, then master, did make choice of Clavering lease, to be annexed to the mastership: now we, the master (Dr. Beal) and seniors, do hereby decree, That y<sup>e</sup> master having yielded, to render up to the College, the former lease of Clavering, formerly annexed to the mastership, shall and may, in lieu thereof, assume the lease of Brome-Hall, to be for ever annexed to the sd. mastership; payng always to the sd. College the rent accustomed, with corn, &c. in such manner as other tenants have formerly used.

An. 1629, Jan. 21. Order'd, by the Master and seniors, That the register of the College, should have a booke provided him, wherein he should from time to time write and register the names, parents, country, school, age, and tutor of every one to be admitted into the College, before their enrolling into the buttry tables; and shall receive of each of them, for his pains, as the head lecturer and deans do, for their admission.

An. 1634, Mar. 1818. Ordered, by William Beal, master, &c. That every fellow admitted into the society, shall give to the use of the library, 40 *sh.*

An. 1538, Dec. 15. Order'd, by the Master and seniors, That every pensioner admitted into Fellows commons, shall give unto the College a silver pot or goblet value 4 *lib.* wherein he may, if he please, engrave his arms and name.

An. 1538, Jan. 30. M<sup>d</sup>., That we the Master and seniors do conceive it consonant to statute and reason, that the master from henceforth shall have the privilege and profits of the farr walks, by the Bowling Green, as he hath of the hether North and South Green: the liberty of walke reserved and excepted for the fellows. Will. Beale, præfectus, &c.

Apr. 27, 1627. It was decreed by the general consent of the Master and seniors, as follows:

1. That there be from henceforth at least six weeks allow'd, between the propounding and granting of leases, in which the true value of them may be enquired after.
2. That all Fine moneys accruing to the College hereafter, may, at a prefixt time, after the receipt be deposited, in the audit chamber chest; and that there be a register booke of such fines kept in the same, and subscribed with severall hands, at the time of the delivery in of the money.
3. That the same Fine money may be disposed to the best advantage of the whole society.
4. That the Statutes, De supervisione terrarum, & De evidentiis, munimentis, &c. may be perused, and put in present execution. For the effecting

SELECT COMMITTEE ON EDUCATION, &c.

407

effecting whereof, that there be a Commission sealed out, to compell our tenants and neighbors to bound out our lands, upon oaths, and our tenants to send in the terrars.

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College  
Cambridge.

5. That some of the fellows may be appointed to recall by suit at law, or otherwise, all arrereages depending, with legacys, and all manner of debts, due to the Colledge, whatsoever.

6. That the master and fellows in their seniority, may have the offer of seals, upon expiration or other avoidances of them, before strangers, upon proportionable fines.

7. That alienation be not commonly granted, but upon especiall occasion.

8. That some of the sixteen may accompany the Bursar at the keeping of courts, at the master's and senior's choice.

9. That there be presently, a Copy writt out of all their Decrees, which may be kept in the library with the Statutes, that all the fellows may know them, and so enable themselves to observe them.

10. That all the former decrees may be by the master and seniors examined, whether they be agreeable to the Statutes, or not; and such as are found contrary to them, to be utterly reversed and cancelled.

*Owen Gwin, &c.*

An. 1667, Jun. 19. It is agreed at a meeting, in the Master's Lodg. That all masters of arts in Fellows commons, or not in Fellows commons, shall keep their Acts, each immediately after the fellows of their own year, and common-place after all the fellows.

*Petr. Gunning, &c.*

---

Commissio (Reginæ) Witlmo Dño Burghley, Ricardo eþo Elien. Johi Whitgifte, Andreae Perne, Edw. Hawford, S. T. P. Henrico Harvy, Tho. Ithell, ac . . . . Binge, Doctoribus Juris Civilis, ad visitand Collegium Sñi Johis novaque Statuta & Ordinationes observanda, condend. et constituend. &c. Dat. xij. die Julii, A. D. 1576, apud Rymer. Tom. XV. p. 762, 763, &c.]

---

STATUTA COLLEGII DIVI JOHANNIS EVANGELISTÆ  
CANTABRIGIÆ.

---

**E**LIZABETHA Dei gratia Angliæ Franciæ et Hiberniæ Regina, Fidei Defensatrix, &c. dilectis nobis magistro, sociis, et scholaribus Collegii sancti Johannis Evangelistæ in Universitate Cantabrigiæ. Quum nobilissima et clarissima fœmina Domina Margareta Comitissa Richmondiæ et Derbiæ proavia nostra, Collegium hoc Divi Johannis Evangelistæ, quod inchoarat, morte præventa, bonis legibus et statutis fundare & absolvere non potuit: et quæ Statuta postea sancita sunt, ea partim temporis cursu imperfecta, partem quorundam audaciâ, sive malitiâ mutata, mutilata, inducta, interlineata, dispuncta, ac in margine annotata, eo rem deduxisse, ut quid in Statutis prædictis retinendum vel renovandum, quid pro antiquato aut expungendo sit habendum, in quamplurimis locis dictorum statutorum sit incertum: unde non solum omnia ambiguitatis controversiarumque plenissima deprehendebantur verum etiam magna impedimenta et graves perturbationes per multos annos studiis allatæ sunt. Visum est nobis ut meliores scientiarum et linguarum progressiones fierent et sedatis dissensionibus concordia teneretur; non modo quæ obscura et ambigua erant patefacere et explicare, sed etiam quæ iniquiora fuerant, et de justa rerum descriptione paululum deflexerunt ad moderatiorem omnino formam revocare.

Nihil

. 428.

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

Nihil enim homines virtutis ac literarum studiosos magis decere arbitramur quam perpetuam in omni vitâ ac moribus tum re tum verbo consensionem et factiosarum turbarum ac contentionum constantem depulsionem: ut et ad optimam vitæ viam ingrediendam, et ad rectissimum scientiarum cursum conficiendum, linguarumque trium facultatem comparandam, et quotidianis vitæ laboribus et assiduis studiorum occupationibus iter cæteris atq; aditus patere possit. Itaq; multis superioribus Statutis abrogatis, multis mutatis et emendatis, nonnullisq; novis additis: Hæc autoritate nostrâ inviolabiliter ab omnibus, qui in hoc Collegio commorantur & commoraturi sunt, custodiri et observari volumus; quemadmodum uniuscujusque officium, in Statutis sequentibus descriptum designatumq; fuerit. Reservat. semper nobis et successoribus nostris, &c.

### De qualitate Magistri, et ejus officio. Cap. 1.

PRINCIPIO cum ab ipso capite sit ordiendum a quo cætera membra dirigi par est: statuimus ut magister sit probis moribus, vitâ integrâ, famâ inviolatâ, in ordine presbyterii sive sacerdotii constitutus, et gradu vel doctoris theologiæ vel bacchalaurei saltem ejusdem facultatis insignitus, annos natus ad minimum triginta, in re familiari providus. Res Collegii et negotia ita administret ut non suum sed Collegii commodum quærere videatur, et neq; gratiæ in causis cognoscendis decernendisve, neque odio neque ulli animi perturbationi pareat: sed æquitatem ducem semper sequatur. Huic volumus omnes et singulos socios et scholares, discipulosq; et ministros et famulos suo ordine subesse, eique in licitis et honestis, exercitium scholasticum aut dicti Collegii regimen, aut commodum aut honorem tangentibus sine murmure parere: officiariorum et lectorum imprimis curam habeat, ac illos si muneri suo desint, pro arbitrio suo puniat, nisi pœnæ aliqua expressa mentio pro eâ culpâ in statutis fiat. Quo in officio eum manere volumus quamdiu alicujus alterius Collegii in alterutrâ Academiâ præfectus non fuerit, et bene se honesteque alias gesserit, et secundum statutorum præcepta vixerit.

### De electione Magistri. Cap. 2.

ET quoniam ut indecorum est, ita vehementer etiam incommodabit Collegio, si diutius ipsum ἀκέφαλον fuerit. Statuimus igitur et volumus, ut quoties sive per cessionem sive per resignationem, sive per mortem, sive quocunque alio modo hic magistratus vacaverit, tum proximo die, postquam ea res innotuerit, præses reliquis sociis omnibus, illis qui sunt ad minimum in artibus magistri, & qui tum domi fuerint convocatis, rem aperiat. Quo facto statim schedulam, quæ diem et horam electionis novi magistri contineat, publicitus ostio sacelli magis frequentato, per duodecim dies continuos, affigi curet. Quo dierum numero volumus expectari cæterorum sociorum, si qui tunc abfuerint, accessum. Neque enim aliter eos oportebit admoneri sive de vacatione, sive de novi magistri electione futurâ. Transacto igitur die duodecimo, proximo mane, circiter horam octavam ejusdem diei, socii simul et discipuli cuncti congregentur in sacellum, illicq; ad præsidis mandatum, Statutum de qualitate et officio magistri publice legatur. Deinde cæteris omnibus præter ipsos socios, in artibus ad minimum magistros, exclusis, præses primum inspectis ac tactis sacrosantis Dei Evangeliiis, juramentum his verbis conceptum præstabit.

Ego N. N. Deum testor, & hæc sancta Dei Evangelia me in electione magistri jam celebrandâ, tenorem hujus statuti nuper lecti fideliter et sincere observaturum, ac illum pro magistro futuro nominaturum et electurum

electurum quem hoc statutum significare et describere mea conscientia iudicabit omni illegitimò animi affectu, timoreq; et odio posthabitis. Quod juramentum et cæteri omnes prædicti magistri artium et superioris gradûs socii præstabunt, alter post alterum ordine quisq; suo. Postquam hujusmodi juramentum a quolibet sociorum prædictorum præstitum fuerit. Volumus et statuimus, ut præses cum duobus aliis sociis maxime senioribus tunc presentibus scrutinio præsent, et tam suum quam eligendi nomen, ipsi primum in singulis schedulis scribant, quas cæteris videntibus sociis prædictis seorsim seponant. Deinde cæteri per ordinem singuli socii prædicti suum et eligendi nomen, similiter in schedulis scribant easq; tribus illis sociis tradant. Quod si tunc per viam Spiritus Sancti concordibus animis, nemine dissentiente, in unum quempiam ejusmodi virum consenserint, qualis in statuto ante lecto descriptus est, aut si major pars presentium, super uno aliquo hujusmodi consenserint, volumus et statuimus ut absq; morâ, nullâ prorsus licentiâ ordinarii, visitoris, aut alterius cujuscunq; jurisdictionem ordinariam prætendentis, nec cessionis aut resignationis hujusmodi eis vel eorum alicui exhibitione, aut ab eorum aliquo ejusdem approbatione expectatâ aut requisitâ. Primo lectis per juniorem in scrutinio publice suffragiis, per præsidem aut si contingat præsidem in Magistrum eligi, per socium tunc proxime seniore, Magister Collegii pronuntietur his verbis. Ego N. N. socius hujus Collegii, unanimi consensu majoris partis omnium sociorum præsentium, pronuncio jam electum in magistrum hujus Collegii virum egregium N. N. Qua pronuntiatione factâ, mox illius assensus, sive præsens sive absens fuerit, quam primum fieri poterit, expectetur. Qui si protinus accesserit agantur Deo gratiæ, quod tam feliciter negotium successerit. Sin ipse officium recusaverit sic electus: postridie quam id cognitum fuerit ad alterius electionem omnes iterato conveniant, servatâ in omnibus formâ priore. Quod si primo scrutinio electio magistri perfici non poterit, tunc volumus ut eo ipso die alterum scrutinium habeatur. In quo si major pars de uno aliquo non consenserit, volumus ut sequente die, ad electionem magistri, soli octo seniores conveniant, et (electionis ac juramenti formâ superius descriptâ in omnibus observatâ) is electus habeatur, in quem quinque ex illis octo consenserint. Quod si quinq; illorum post duo scrutinia eo ipso die finienda de uno aliquo non consenserint: tum ad Collegii Visitatorem veniatur, et ille pro magistro habeatur quem solus visitator duxerit perficiendum (modo is statuto de qualitate et officio magistri in omnibus respondeat); et dictus visitator eundem sic præfectum, sociis ejusdem Collegii intra viginti dies, a die devolutionis hujusmodi, aliquo instrumento, sigillo officii sui pastoralis munito, significaverit: quibus per episcopum Eliensem dicti Collegii visitatorem non observatis: aut dicta sede forte vacante: tunc ad summum academiæ Cancellariû pertineat, pro illa vice, magistri nominatio & præfectio, prædicto statuto de officio et qualitate M<sup>ri</sup> in omnibus inconcusse servato. Electo igitur pronuntiatq; novo magistro, mox, cum primum fieri potest, præses (aut præside in magistrum electo, socius maxime senior prædictus) una cum altero socio maxime seniore tunc præsent, cæteris etiam omnibus per eosdem advocatis, Cancellario Universitatis, seu vices ejus gerenti, illum sic electum præsentent admittendum. In cujus præsentia juramentum, quod inferius describitur, præstabit. Quod si Cancellarius, seu illius vices gerens, hoc in sua præsentia fieri non dignabitur, electus ille nihilominus custodiam et præfecturam Collegii consequatur absq; ulla alia admissione, dummodo sequens juramentum coram sociis domi præstiterit, Cancellario (ut dictum est) aut Vicecancellario negotium recusante. Veruntamen electum illum de bonis Collegii nihil penitus administrare volumus, aut jure aliquo Collegii, rebus uti: nisi ante aut Cancellario aut ejus vices gerenti præsentatus fuerit; atque etiam coram ipso, aut domi, saltem coram sociis (ipso recusante) juramentum subsequens præstiterit. Alioquin electio ipsius facta, ipso jure nullius roboris esto; sed alius quispiam eligatur, qui prædicta omnia sit factururus.

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

### Juramentum Magistri. Cap. 3.

Hactenus juramentum convenit cum correctionibus in margine Statutorum Hen. 8.\*

EGO N. N. huic Collegio divi Johannis hoc sacramento meipsum adstringo, ac Deo teste promitto ac spondeo: Primo me veram Christi religionem ex animo complexurum; Scripturæ autoritatem hominū judiciis præpositurū; regulam vitæ ac summū fidei ex verbo Dei petiturum; cætera quæ ex verbo Dei non probantur, pro humanis et non necessariis habiturum; Auctoritatem regiam in hominibus summam, et externorum episcoporū jurisdictioni minime subjectam æstimaturum; et contrarias verbo Dei opiniones omni voluntate ac mente refutaturum. Deinde me omnia dicti Collegii beneficia, fundos, prædia, possessiones, dominia, provent<sup>9</sup>, jura, libertates, privilegia, omnia deniq; bona sine imminutione & vastatione quantū in me situm erit, conservaturum, et administraturum;] statuta hujus Collegii pro virili mea, in omnibus servaturum, iisque omnibus quæ ex eorum præscripto gerentur, meum assensum accommodaturum, omnesq; et singulos, socios, & discipulos, pensionarios, sisatores, et subsizatores, et cætera Collegii membra, ex iisdem legibus ac statutis, sine ullius generis, aut conditionis, aut personarum respectu, gratia, aut odio, rectorum et defensurum. Atq; ut prædicta omnia legitime et salutariter ab aliis administrantur et defendantur curaturum. Tum neq; in meis, neque in alienis negotiis, amplius tribus in anno mensibus a Collegio abfuturum (nisi vel Collegii vel regni negotia, vel regia autoritas me alio avocaverit, aut vis, morbus, contagiū, aut alia quæpiam causa necessaria, ab octo seniorib<sup>9</sup> aut majore eorum parte intra sedecim dies ante vel post dictos tres menses expletos approbanda impediverit.) Deniq; si loco motus fuero aut si sponte cessero, me omnia Collegii bona, quæ in potestate, mea sunt, aut esse debent, præsidi & questoribus, sive thesaurariis Collegii, vel statim, si id commode fieri possit, vel intra quindecim dies, sine controversia & imminutione redditurū. Postremo juro, si munere magistri jure ac legitime abdicatus fuero, me nullam litem, actionemve Collegio, aut his, qui me legitime abdicarunt, eā de causa unquā in posterum intentaturum. Item q<sup>d</sup> non impetrabo dispensationē aliquam contra juramenta mea prædicta, aut contra ordinationes et statuta Collegii, vel ipsorum aliquod; nec dispensationē hujusmodi per me, aliū vel alios, publice, vel occulte impetrari aut fieri procurabo directe aut indirecte; nec impetrata aut impetratis qualitercunq; gaudebo. Hæc omnia & singula observabo ita me Deus adjuvet in Christo Jesu.

### De Præsidis qualitate, et ejus officio. Cap. 4.

ÆQUUM est & consentaneum, ut quamvis Magister optimus & prudentissimus et vigilantissimus fuerit: sub se tamen habeat duces inferiores, veluti adjutores & consiliaros qui participes sint ejus sollicitudinis, et quotidianæ curæ. Statuimus igitur ut in eodem Collegio sub dicto magistro sit semper vicarius unus de discretioribus et maturioribus ex octo senioribus hujus Collegii sociis, conversatione et bonis approbatus moribus, qui Præses nuncupetur, sitque doctor theologiæ, vel bachelareus ejusdem facultatis, nunquā autem inferioris gradus, si commode fieri potest. Cujus officium erit diligenter advertere ad bonū regimen sociorum, scholarium, & discipulorum, ac ministrorum omniū dicti Collegii, ad statutorum et ordinationum observationem, ad divinū cultum, ad studii & scientiarū profectum; et in eodem Collegio continuo residere, nisi forsitan ex magna, et urgenti causa, ad dictæ domus negotia eum emitti, vel aliàs ex causa rationabili et honesta per magistrū et majorem partem octo seniorum, aut absente magistro, per majorem partem eorundem seniorum approbanda abesse contingat, et tunc ejus vices suppleat socius maximè

\* *Manu Tho. Baker.*



## SELECT COMMITTEE ON EDUCATION, &c.

411

N<sup>o</sup> II,  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

maxime senior, in Universitate præsens, modo non sit decanus, vel thesaurarius, eorumve alicujus vicem gerens, nisi aliter expresse, in ejus absentia, in his statutis provisum fuerit. Ad præsidis officium spectat absentis M<sup>n</sup> vicem in omnibus gerere & supplere, exceptis illis actibus, & negotiis, quæ per hæc statuta, specialem ipsius magistri assensum, et auctoritatē requirunt. Quod semper requiri intelligendum est quoties vocabulo, M<sup>r</sup>, hoc pronomen, ipse, adjungitur, quocunq; casu pronuncietur. Magistro quoq; debet præsides in consiliis, et correctionibus assistere, cum ad id accitus fuerit: Negligentias, defectus, nec non crimina, excessus, et delicta, quæ a dictis sociis & scholarib<sup>9</sup> et discipulis, officariis, aut ministris, noverit esse commissa, dicto M<sup>o</sup> (si præsens fuerit et res ita exigat) cessante omni affectione generum, & priæ, invidia, amore, odio, et timore denunciare; ut per ipsum vel alios secundum ordinationes et instituta nostra puniantur. Ad quæ omnia, & singula, quantum ad ipsum pertinent, bene, et fideliter facienda & observanda, præfatus præsides, statim post suam ad officium admissionem, tactis sacrosanctis Evangeliiis, corporale præstet juramentum, coram magistro ac in præsentia maioris partis seniorum dicti Collegii.

### De octo Collegii Senioribus et eorum auctoritate. Cap. 5.

POST Magistrum qui capitis in hoc nostro corpore vicem obtinet, pectus subijcere non fuerit intempestivum. Pectus vero cum in se cor, et omne gubernandi corporis consiliū contineat; id octo senioribus duximus tribuendū. Statuimus igitur et ordinamus ut octo deputati seniores, post M<sup>r</sup>, maximam & amplissimā in Collegii negotiis habeant auctoritatem, adeo ut quicquid ipse magister & maior pars octo seniorum decreverint in dicto Collegio per quoscunq; faciendum, quod in Collegii aut inhabitantium commodum, utilitatem, aut progressionem virtutis ac literarum, aut meliorem gubernationem sociorum, scholarium, reliquorumq; in Collegio degentium, ipsorum judicio plurimū conducere visum fuerit: nec alicui statuto nostro quomodolibet adver setur: ad ejus observationem cæteros quoscunq; sub certis & rationabilibus pœnis astringere possint, quousq; ipsi, vel eorum in eodem Collegio successores consimilibus et æqualibus suffragijs id duxerint revocandum. Nolumus tamen ut hujus prætextu Collegium gravet aliis oneribus quoquo pacto. Cum his M<sup>o</sup> quicquid arduum arcanumve fuerit, ad Collegiū attinens, conferre, tractareq; volumus, priusquam cæteris publicetur. Cæterum nihil quod inter eos tractatū fuerit, quod ad bonū Collegii regimen pertinebit (si ipse magister id fieri vetuerit, aut si inde damnū sit oriturum) quovis modo cuiquam reveletur. Porro seniores istos, ut par est, ex maxime senioribus, gravioribus, prudentioribus, doctioribus, probatoribus, ut in statuto de electione Præsidis continetur, designari volumus. Horum autem quoties quisquam ab Universitate abfuerit; toties maxime senior socius (qui non sit unus ex octo senioribus, neq; alterius senioris vicarius) ejus locum supplebit, nisi ejusmodi causa aliqua obstiterit, propt' quam in octo seniorum numerū cooptari non possit. Omnium deniq; istorū vicarios seu deputatos, eandē auctoritatē in omnibus habere volumus, quā, illi ipsi cum domi sint, habeant; habita tamen ratione suæ senioritatis, non illius cujus locum tunc quisq; supplet. Horum item seniorum unumquemq; per Christum obtestamur, ut si quando viderit, aut certo intellexerit aliquem sociorum aut discipulorū otio deditum, aut luxui, seu negligentem in danda bonis artibus opera, vel divinis officiis haud satis attentum, hunc dulcibus primum cohortetur verbis, ut emendet sese, atq; ad virtutis et conquirendæ doctrinæ tramitem convertat. Quod si blandam ille socius, aut discipulus nolit exhortationē admittere: severius illum increpet & objurget, et si ne sic quidem revocari ad emēdationem poterit, M<sup>o</sup> rem denunciaret, ut ita per eum socius ille aut discipulus sic admonitus, aut ab

Statuta Hen. 8.  
duodecim Seniores  
requirunt et consti-  
tuunt, ac pari modo  
Correctiones in  
margine.\*

improbate sua respiscat, aut tandem a Collegio penitus juxta ordinationes & statuta nostra amoveatur. Quam rem si facere neglexerint illorum in Domino conscientias oneramus. Cæterum si propter hujusmodi commotionem, quisquam ulli seniorum indignetur, aut eidem obtrectet, aut ullo modo convitiatur & super eo convictus fuerit, moneatur illico per magistrum socius ille vel discipulus ut respiscat. Qui si tertio admonitus non emendaverit sese, e Collegio (modo maior pars seniorum assenserit) ipso facto sit expulsus.

## De Decanorum qualitate et officio. Cap. 6.

CÆTERUM volumus et ordinamus, ut duo sint Decani, qui magistro velut humeri seu brachia suppetias ferant, ne nimio prematur onere. Et vel uterque vel alter eorum semper sit ad minimum (si commode fieri possit) bachalaureus theologiæ, et ex numero octo seniorum; alter autem ad minimum magister artium. Horum munus erit diligenter providere ut preces publicæ piæ et decoræ usurpentur. In qua re exequenda nemo sociorum aut discipulorum recusabit quicquid decani mandaverint faciendum. Ad hæc decani singulos ad cantus exercitium intra chorum compellant, neque sinant quenquam precum publicarum tempore alium inspectare librum, quam qui ad ipsa officia divina pertineat, ut, si qui canendi sint imperiti, ipso usu discant & exercitio. Præterea sociorum, scholarium, pensionariorum, sizatorum, & subsizatorum in publicis precibus, offensas, absentias, tarditates, recessus et negligentias diligenter et vigilanter observabunt: et ne forte metu, aut favore ducti tales offensas decani conniventer videant\* prætereant, magister ipse, aut (eo absente) præses, aut his absentibus socius maxime senior diligenter intendat, & horum aliquis neminem in cultu Dei deliquentem impunem esse patiat, nisi causam suæ offensæ rationabilem allegaverit, punientis judicio approbandam. Verum ut perspicatius speculentur, & advertant quædam, quæ ad eorum qualitates & officia pertinent; ita decernimus ut decanus junior disputationes sociorum, bachalaureorum, & magistrorum artium, cum in Universitate præsens fuerit, die Mercurii audiat & regat; eosque qui artium bachalaurei sunt, ad lectiones tam in dicto Collegio, quam in scholis publicis publice legendas mittat & ire compellat. Sophistas et logicos in eorum lectionibus et disputationibus crebro, vel saltem semel in hebdomada visitet, et eorum profectus intelligat, et lectorum eorum negligentias (si opus fuerit) increpet. Senior vero Decanus doctor theologiæ vel saltem si commode fieri potest, bachalaureus in eadem, in singulis disputationibus theologorum in ipso Collegio, cum in Universitate fuerit, faciendis a principio usque ad finem adesse debet. Decanos item curare volumus, ut cæteri omnes socii, scholares, magistri artium, et etiam theologi non doctores (quibuscum aliis per ipsum magistrum, & majorem partem seniorum non fuerit dispensatum) lectiones publicas in dicto Collegio audiant. Eorundem itidem arbitrato et moderatione, limes inter disputandum unicuique præscribetur, tum argumentandi, tum recitandi, replicandique brevius aut prolixius, ut eis visum fuerit; ita ut cujusque manipuli nemo, non aliquid quatenus, & efficaciter in utraque disputanda materia, pro illorum arbitrio exerceatur. Atque in hac parte decanorum præceptis singulos parere iubemus; etiamsi juniorem priusquam seniore jusserit replicare. Et ad extremum ipsi, post finem problematum, argumenta in problematis habita solenniter repetent; bene soluta a respondente laudabunt, non bene soluta melius ipsi solvant, & quæstiones, quomodo ipsis videbitur determinabunt, monitores item sex constituent ex discipulorum numero, singulis hebdomadis. Quorum duo cæterorum omnium discipulorum tarditates, absentias, et neglectus in divinis officiis schedulis verè inscribant. Cæteri vero quatuor adnotabunt, si quisquam e condiscipulis vernaculo sermone utatur, aut indecore se gesserit in mensa, aut recesserit ante quam gratiæ dictæ fuerint, vel interim sedens non exercitetur, vel sermone Latino, Græco, vel Hebraico, disserens ipse vel audiens alios qui disserunt; præterquam temporibus con-

sessis

\* Sic.

SELECT COMMITTEE ON EDUCATION, &c.

413

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St John's College,  
Cambridge.

sessis et permissis. Pro scholasticis autem exercitationibus externis, et lectionibus ordinariis ac regiis & reliquis rebus quæ in scholis geruntur: decani suo arbitratu plures aut pauciores monitores assignabunt, diligenter observantes ut tã domi quam foris, diligenter officium suũ faciant; iidem decani præterea constituãt quot illis commodum videbitur ex discipulorum, pensionariorũ, & sizatorum numero, pro mensis tam sociorum, quam discipulorum ob eas res, quæ ad mensã pertinent introferendas, et efferendas cum omni diligentia, aliũ etiam pro legendis bibliis prandiorum tempore. Cæterum decanos ipsos, tam in opponendo, quam in respondendo, similiterq; (si ministri fuerint) divina celebrando, suos etiam ordines observare volumus. Quoties autem decanorum alteruter, vel oppositurus fuerit, vel responsurus, toties ejus loco præesse volumus illum, qui senior fuerit illius manipuli. Horum præterea officium erit speculari & advertere ad sociorũ, scholarium, pensionariorum, sizatorum, & subsizatorũ conversationem & regimen, quonam pacto in morum honestate, disputationibus, lectionibus, & sacrarũ literarũ studio in dies proficiant et eos delinquentes corripere & increpare, ac, cum necesse fuerit, ipsorum transgressiones, excessus & delicta magistro vel præsidi denunciare, et ut ipsa juxta ordinationes & statuta nostro corrigantur, diligenter instare; Magistro præsidive in consiliis et punitiõibus (cum per magistrum præsidemve requirentur) assistere. In quibus omnibus, seu eorum aliquo, si negligentes, aut culpabiles ipsi decani, aut eorum alteruter, vel etiam quivis alterutrius deputatus reperiantur, nec per magistrum aut (eo absente) præsidem moniti se emendaverit, tunc autoritate M<sup>o</sup>, aut (eo absente) præsidis cum consensu quatuor ex octo senioribus menstruo commeatu puniantur sic delinquentes. Et ulterius, si ter in præmissis aliquis decanorum culpabilis inveniatur; salario pro ejus officio per nos assignato, auctoritate dicti magistri (vel in ejus absentia præsidis) & quatuor seniorum, ut præfertur, pro illo anno privetur. Et ne forte decani severius quenquam tractent; eosdem hac moderatione uti volumus, et decernimus, ut primum quoad divina officia sociam quemq; pro unaquaq; tarditate mulctent obolo, pro unaquaq; absentia trivus obolis; pro quovis exitu cum mora, judicio magistri (aut eo absente præsidis) non approbanda, denario; pro singulis negligentiis in cursu aut ordine omittendo, prout inferius in capite de Cultu Dei continet<sup>r</sup>, denariis quatuor. Neminem autem nisi ejus causam magister, (aut eo absente præses) aut unus decanorum approbaverit abesse volumus ab ulla parte Litanie, sub pœna communis victus per unum diem, per magistrum, (aut eo absente præsidem) aut alterum decanorum subtrahendi. Quantum ad domesticas disputationes attinet, socii cujusq; tarditas denario mulctabitur; quivis egressus, judicio prædictorum non approbatus, duobus denariis mulctabitur; absentia quævis denariis quatuor; neglectus ordo solidis duobus. Discipulus quisq; pro sua tarditate sive in divinis officiis, siye in scholasticis exercitamentis externis, utpote lectionibus ordinariis, sophismatibus pomeridianis, problematibusq; in scholis publicis, sive ante meridiem in eisdem, aut sermonib<sup>9</sup> ad clerum, obolo; pro quavis absentia denario; pro quovis recessu non approbato similiter obolo; pro neglecto cursu denariis octo, si quidem adultus fuerit, alioquin pro singulis delictis in præmissis virga castigetur, juxta delicti qualitatem. Tarditatem autem intelligi volumus in disputationibus, post respondentis sententiam expositam; in communibus precibus, ad matutinas post primi psalmi initium, in Litanis post *Ne meminervis Domine*; in communionem post dictum primũ mandatum; ad vespertinas post initium secundi psalmi. Quos si qui in inferiore parte sacelli maneant, et chorum non ingrediantur, perinde puniantur ac si absentes fuissẽt. Adjicimus etiam quod si quis sociorum ordinis sui cursum sponte omiserit, tunc qui proximus eidem ordine fuerit, ejus suppleat negligentiam, & delinquens nihilominus puniatur: Neq; tamen volumus, ut per eam pœnam, effugiat disputationis exercitium, etiam in sua persona; sed hebdomada proxima, si nullum fuerit justum impedimentum iudicio magistri, aut (eo absente) præsidis, approbandũ omissam disputationem ipse resarciet in persona sua: Quod nisi fecerit mulcta crescat in duplum: Si vero quis non servati cursus habuerit impedimentum, totidem ipse disputationes, cum liber fuerit, observabit in sua ipsius persona, quot observasset si mansisset domi, quamvis hoc aut gravi ægrotatione, aut incarceratione contingat

Corrections in marg-  
Statut: H: 8: habent  
In Litanis post Memi-  
neris Domine. Reliqua  
conveniunt \*

\* *Manu T. B.*

contingat Quod nisi fecerit, toties ipse duobus solidis mulctetur. Quod si propter diuturnitatem absentiae, aut ægritudinis, aut propter aliam aliquam causam contigerit illū, in alio manipulo collocari: tum ubi collocatus fuerit, ad minorem ordinis perturbationem, reliquos debitos cursus conservet. Mulctarum deniq̄, illarum expressarum, quæ ipso magistro, aut eo absente ejus vices-gerente, non improbane inflictæ sunt, dimidiam partem in ipsorū decanorum usus; alteram autem dimidiā partem ad com meatu sociorum emolumentum cedere volumus. Emolumenta vero cæterarū mulctarum quarumcunq̄, per magistrum, aut ejus vices-gerentem, aut quempiā alium seu alios (præter eas quæ per decanos aut lectores, magistro, aut ejus absentis vices-gerente, non approbante, infliguntur) impositarum ad utensilia domus emenda omni modo convertantur. Ad quæ omnia & singula bene & fideliter facienda prædicti decani statim post ipsorum admissionē ad suum officium, tactis per eos sacrosanctis Evangeliiis, præsentent juramentum coram M<sup>o</sup> in præsentia octo seniorum, aut majoris partis eorundem: Porro correctiones omnes illas & singulas, quæ ab ipsis decanis fient, ad hujus statuti formam infligi volumus, nisi magister (aut, eo absente, præses cum uno decanorum) majori pœna censeat puniendum qui deliquerit. Et quoniam interdum unum ex ipsis decanis ab universitate abesse licebit, (ambos autē simul abesse, præterquam de causa urgēte per magistrum & majorem partem seniorum primitus approbanda nequaquam permittimus) idcirco statui- mus ut quoties aliquem ex eis proficisci contigerit, qui se eodem die rever- surum non sperat, toties claves officii sui, cum consilio & assensu magistri, aut in ejus absentia præsidis, alicui socio ad minimū artiū magistro, non officiaro clavigero, qui eas usq̄ ad ejus reditum custodire voluerit; et pro quo suo periculo velit respondere, committat et tradat: qui ejus vices in custodiis, licentiis, deputationibus, correctionibus, ac causarum, et ratiociniorū approbationibus, et improbationibus, ac cæterorum cujusvis appendi- cibus quibuscunq̄, ac cæteris omnibus quæ ad mores spectāt, in virtute juramenti postquam id muneris suscepit, diligenter et fideliter supplere teneatur. In disputationibus vero, & cæteris correctionibus, quæ ad disputa- tiones et literas attinent, decani theologiæ absentis vices suppleat socius supremi manipuli maxime senior, tunc in universitate præsens, non officia- rius. Decani vero artium absentis, similiter senior secundi tunc manipuli in artibus magister, in Universitate præsens, non officiarus. Volumus etiam ut duo decani singulis quibusq̄ diebus Veneris, circiter horam septi- mam pomeridianam, a monitoribus schædulas accipiant, et discipulorum errata quæ in illa hebdomada deprehenduntur suo judicio juxta statutorum tenorem castigent. Socios autem & discipulos quos delinquentes ipsi decani vel audituri vel conspecturi sunt, singulis quibusq̄ diebus, quando iisdem opportunum videbitur juxta statutorū exigentiā puniāt. Alias correctiones, reformationes, & convictiones, per magistrum, seu quoscunq̄, juxta tenorem statutorum faciendas, intra tres dies post earum denunciationem & notitiā vel post facti perpetrationem compleri volumus; nisi propter absentiam corrigendorum, aut, quorum præsentia per statuta requiritur, differendæ aut prorogandæ merito videantur. Ad quas ita dilatas quum primū commode fieri possunt, M<sup>o</sup> præsidem, decanos, seniores, & omnes, qui in illis in- teresse habent, faciendas, astringi, & arctari volumus.

---

## De qualitate et officio Thesaurariorum. Cap. 7.

---

PROVENTUS et reditus, tametsi grandes, nisi fideliter recipiantur, & caute conserventur, ac prudentur expendantur, vix sufficiunt paucitati, nedum multitudini. Quocirca statuimus et decernimus, ut de sociis dicti Collegii per magistrū et octo seniores, eligantur et assumantur, secun- dum modum & formam in electione præsidis et officiariorum descriptam, duo socii aptiores et fidioliores, & magis circumspecti, qui questores, seu thesaurarii vocētur. Horum erit officium redditus et proventus firmarum, maneriorum, beneficiorum, terrarum, et possessionum per visum et cum testimonio M<sup>o</sup> vel (eo absente) præsidis, aut (ipsis extra universitatem agentibus)

agentibus) alicujus eorum deputati, de ballivis, receptorib<sup>9</sup>, procuratoribus, et firmariis ipsius Collegii, et de aliis quibuscunq; debitoribus, et datoribus, recipere per indenturas conficiendas inter dictos thesaurarios, et hujusmodi summarum solutores. Sint præterea duæ magnæ indenturæ in membranis, quarum alteram habeat magister, aut in ejus absentia præses, alteram vero thesaurarii ipsi. In quibus, in præsentia magistri aut (eo absente) præsidis, et unius decani, vel (M<sup>o</sup>, præside, aut decanis ab Universitate absentibus) eorum deputatorum, scribât summæ omnium solutionum, receptorum de prædictis, per prædictos thesaurarios; ita tamen ut in illa indentura, quæ manere debet apud magistrum vel (eo absente) præsidem, nemo quicquid scribat, præter thesaurarios, aut alicujus eorundem absentis (ut præmittitur) deputatum: In altera vero solus magister, præses, decanus, aut alicujus istorum absentis (ut prædicatur) deputatus scribat. Quas etiam receptiones pecuniarum & solutiones volumus fieri semper in thesauraria, et non alibi nisi rationabili causa, id ipsum postulante. In qua quidem thesauraria, sit una cista, in qua reponantur omnia recepta, et hoc per visum magistri, seu eo absente præsidis, et unius decani, aut eorundem absentium deputatorum. De qua cista poterunt thesaurarii extrahere et expromere certas et rationabiles summas ad convictum sociorum et aliorum dicti Collegii et alias quotidianas expensas, ad utilitatem Collegii aut necessitatem, et non ad alios usus, et hoc juxta discretionem, consilium, et assensum Magistri, vel eo absente præsidis, et unius decani, aut eorundem absentium ut præfertur deputatorum. Cujus quidem cistæ ne qua suspicio fraudis oriatur, thesaurarii ipsi duas habeant claves, et duos libellos, vel codicillos, indentatos, inter se in eadem cista conservandos, de omnibus et singulis per eos solutis, et expensis. In quibus libellis, ne inter se computando discordent, singulæ expensæ et si minimæ fuerint per eos expositæ in eadem qua exponuntur septimana scribantur, propter oblivionem, sub poena amissionis earundem summarum in fine illius septimanæ non scriptarum. Quos etiam thesaurarios pro bonis et salubribus, quantum possunt, providere volumus victualibus ad honorem et utilitatem Collegii, et sanitatem inhabitantium. Præterea quoties aliquem thesaurariorum extra Universitatem abesse contigerit, ambos autem nulla ex causa nisi urgenti et ea rarissima, per magistrum et majorem partem seniorum primitus approbanda, simul abesse permittimus tunc claves ad suum officium pertinentes, propter causas necessarias, quæ verisimiliter accidere possunt, cum consilio et assensu magistri vel eo absente præsidis, vel utroque absente socii maximè senioris, tunc in Universitate præsentis, relinquat in custodia alicujus discreti socii, non officarii clavigeri, qui ejus vices absentis supplere voluerit, et pro quo ipse voluerit suo periculo respondere, proviso ut nullus unus, simul habeat custodiâ clavium duorum officiariorum, nec etiâ officarius quispiam sui collegæ claves gerat, aut custodiat. Ad quæ omnia et singula bene, fideliter, ac diligenter observanda, dicti thesaurarii, statim post ipsorum admissionem ad officium, tactis per eos, et eorum utriusque sacrosantis Dei Evangelii corporale præstent juramentum coram magistro, vel eo absente præside in præsentia reliquorum seniorum. Porro cautum esto ut senior eorum si commode fieri possit, sit semper curiis quas vocant intersit, vel eo aliis negotiis occupato junior illud munus exequatur, atque seniorum rerum externarum quoad poterit, junior autem domesticarum et familiarium curarum gerat. Statuimus denique ut nihil vel intra Collegium vel extra, aut extruendum aut reficiendum curent, nisi de magistro, aut eo absente præsidis et majoris partis octo seniorum sententia id fiat, si contrafecerit, ipsi per magistrum et majorem partem octo seniorum pro eodem solvere cogantur.

### De Senescalli officio. Cap. 8.

NE mancipi omnia sine teste ementi fraudandi ausa daretur, hic nos consulto, et recte facturos rati sumus, si communi mancipi in emendis victualibus aliquem adjungamus, qui prætia eorundem possit observare. Quocirca statuimus et volumus, ut unus hujus Collegii socius, non præses,

nō doctor, nec theologiæ bachalaureus, nec ullus de concionatoribus per statuta assignatis, aut octo senioribus, nec lectores publici: vice sua et ordine secundū gradū servando, ita ut absens cū redierit, suam vicem suppleat; sit esculentorum et victualiū omniū in illo mense vel saltem hebdomada emendoiū supervisor, cum consilio (si opus sit) M<sup>ri</sup>, aut ejus vices gerentis. Particulas quoq; omniū & singulariū emptionū provisionū & expensarum quarumcunq; pro illa septimana vel mense nomina præsentii et extraneorū ad expensas Collegii receptorum manu sua scribat, vel legitime impeditus per aliū nō thesaurariū, scribi faciat, et in die Veneris si commode fieri poterit, aut ad summū in die Sabbati adsit cum thesaurariis (quos etiam a senescalli munere eximimus) & opsonatore, de singulis emptionibus provisionibus et expensis suæ septimanæ vel mensis fideliter supputaturus, et omnia ut recte fiant visurus. Hæc liceat cuiq; thesaurariorū, aut alii cuivis in virtute juramenti, senescalli libro semel scripto, postea inserere nomen alicujus, qui abfuit, pro præsete, aut extranei ullius addere nomen, aut clanculū cuiq; delere. Hoc autem statutū eousq; valere volumus donec ipse magister & major pars seniorū, pro ratione temporis, ac manifesta utilitate & honore Collegii, et mensæ communis aliter duxerint ordinandum. Et ut indemnitati Collegii melius prospiciatur, ne aliquando debito alieno indebitè prægravetur: Statuimus et ordinamus ut nullus scholaris, aut famulus scholaris in hoc Collegiū admittatur, nisi prius habeat tutorem, vel ipsum M<sup>rum</sup>, vel ex sociis ejusdem Collegii unū, qui ad solutionem comæatus et sizationis, omniū et singulorum pupillorum suorū, et aliorū onerū intra Collegiū debitorū teneri se sciat. Et q̄d quilibet hujusmodi tutor singulis mensibus, vel saltē intra septem dies finem uniuscujusq; mensis proxime sequentes, senescallo aut alii ad officiū colligendæ pecuniæ pro communis et sizationibus designato, (quocunq; nomine is vocetur) tū pro suis ipsius, tum pro omniū et singulorū suorū pupillorū communis et sizationibus in dicto Collegio factis persolvat. Hoc qui non fecerit (postquam senescallus aut ejus vicē supplens nomen hujusmodi tutoris M<sup>ro</sup>, aut in illius absentia præside scriptū detulerit) octavo die proximo sequente finem cujuslibet mensis (ut prædictum est) et tutor et pupillus in hac parte peccans penitus a communis & sizatione in dicto Collegio excludatur: cujus exclusionis publicatio per M<sup>rum</sup> si præsens fuerit, vel p̄ præsidem si absens sit, vel in ejus absentia per socium maxime seniorē præsentē in sacello Collegii (qui tamen hujusmodi culpæ reus non fuerit) eodē octavo die, statim a vespertinis precibus aut omnino proximo sequenti die in eodem loco peragetur. Quod si quis tutor sic a communis et sizatione exclusus intra octo alios dies proxime sequentes senescallo aut alteri ad hoc officiū deputato prædictū debitum plene non solverit: tunc liberum erit magistro Collegii, aut in ejus absentia præside, seniori bursario, et seniori decano, aut in absentia alicujus eorū deputatis suis, ac virtute etiam hujus statuti tenebuntur in cubiculū ejusdem tutoris intrare ac bonorum illius ubicunq; repertorū invētariū conficere, pretiū eorundē statuere, abducere, plus offerenti vendere atq; de pecunia inde comparata quantū se extendit Collegio satisfacere. Cubiculū vero illud ex eo tempore vacuū absq; possessore judicabitur, alteri assignandū prout Collegii statuta volunt, ita tamen ut is qui sic exclusus est interim incapax sit alicujus cubiculi hoc modo vacantis. Cæterū si ante tertiam admonitionem satisfecerit pro debito prædicto, nec dum illud cubiculū est alteri assignatū, poterit nihilominus ad illud aut aliud cubiculū tunc vacans aut proxime vacaturum admitti. Porro si tutor exclusus, ut prædicitur, intra sedecim dies post illam exclusionem, plene, et integre debitum suum, et pupillorū suorum prædictū, senescallo aut alio illius vices gerenti antedicto non solverit; tunc continuo tutori illi per magistrū aut (eo absente) per præsidem coram duob<sup>9</sup> aut tribus ex senioribus, seu deputatis eorū admonitionem adhiberi volumus, sive tutor ille præsens sive absens fuerit. Quam quidem admonitionē in codicē ad hoc paratum, a M<sup>ro</sup>, aut in ejus absentia, a præside, referri ac inscribi volumus. Si vero post illam admonitionem intra alios octo dies, proximò eam sequentes, totum & integrum debitum prædictū non solvatur, ut supra dictum est; tunc continuo secunda admonitio ei adhibetur, modo et forma superius scripta ac in codicem prædictum referenda. Et si sic secundò admonitus, intra alios octo dies tunc proxime sequentes dictum debitum non persolverit,

verit, tunc absq; mora tertio admonetur, ut supra dictum est, postquam admonitionem in dictum codicem inscriptum statim suam in Collegio societatis, jure omnibusq; commodis ejusdem sit privatus ipso facto. Servatis nihilominus dicto Collegio omnibus juris remediis adversus hujusmodi debitores si nondum ei sit satisfactum. Præterea nullus tutor aut pupillus sic exclusus inter se ad communem in aula mensam, communiarum

aut \* & aut sizationis causa accedat, nec alibi in Collegio existens vendicat seu sumat cibum, panem, aut potum aut aliquam eo nomine commoditatem sub pena admonitionis quoties in hac parte deliquerit, postquam M<sup>o</sup>, vel in ejus absentia præside, hoc per senescallum seu alium ad hujusmodi officium designatum, (ut prædicitur) significatum fuerit simili modo et forma adhibenda, eandemque vim in singulis gradibus erga sic delinquentem habituram, quam habent admonitiones superius memoratae, erga tutores et pupillos, debite non solventes communes et sizationes suas. Quod si senescallus aut qui illud officium exercet, negligentia, favore, metu, aut alia quavis ratione ductus, intra octo dies post finem cujuslibet mensis magistrum vel in ejus absentia præsidem, vel eo etiam absente, socium maxime seniore tunc presentem in sacello, qui tamen hujus culpæ reus non sit, ut supra dictum est, eodem die ante preces vespertinas vel in ipsis precibus de nominibus omnium et singulorum tutorum et pupillorum, qui non solverunt communes et sizationes suas tempore debito, ut prædicitur, certior non fecerit: tunc dictus senescallus, aut alius ad hujusmodi officium designatus, ut supra dictum est, debitum illud Collegio intra septimanam tunc proximam præstare tenebitur. Præterea si idem senescallus, aut alius ad illud officium assignatus, sciat ipse vel alio quocumque modo certior factus fuerit, quod aliquis tutor aut pupillus exclusus a communis et sizatione, ut dictum est, accedat ad communem mensam in aula debito prædicto nondum soluto ut ibi sumat panem potum aut cibum, aut alibi existens vendicat aut sumat cibum panem seu potum intra dictum Collegium, aut ejus rei nomine aliquam commoditatem, nisi id senescallus, aut alius ad illud officium designatus intra biduum proximam, postquam ille ejus rei notitiam habuerit, ad M<sup>o</sup>, aut in ejus absentia præsidem retulerit: tunc dictus senescallus, aut is qui illud officium gerit, prædictum debitum intra septimanam proximam sequentem præstare tenebitur. Et si magister aut eo absente præses, seniorve socius in sacello præsens, ut prædicitur a senescallo, aut ab eo, qui illud officium gerit, aut a deputato suo certior factus de tutore aut pupillo in aliqua parte præmissorum contra hujus decreti sententiam et mentem peccante, omnia et singula in his decretis statuta quantum ad officium uniuscujusque pertinet, bona fide non fuerit executus aut si magister aut in ejus absentia præses, aut senior bursarius aut senior decanus, aut in absentia alicujus eorum deputatus suus, ea quæ ad eorum fidem pertinent facienda similiter non exequantur: exinde magister, præses, senior bursarius et senior decanus aut deputatus alicuius eorum sic peccans intra unam septimanam proximam debitam pecuniam numeratam persolvere tenebitur.

## De Lectorum officio. Cap. 9.

ADHUC deesse huic corpori membra quædam pernecessaria, advertimus quibus quasi sensibus ad omnem honestam disciplinam persequendam, et illiberalem cognitionem fugiendam omnes studiosi uti poterunt. Volumus igitur et statuimus ut secundum formam inferius in capite de Præside &c. electione præscriptam, lector principalis, sublectores et examinatores eligantur; utque nemo nisi qui socius fuerit aliquam lectionem ordinariam discipulis legat; quem etiam volumus per magistrum et seniores ad eam eligi. Sic enim socios volumus exerceri, ut annuum unum legendis in aula lectionibus consumant; deinde, si ita magistro et senioribus visum erit, ad sublectoris munus assumantur; postea si id quoque M<sup>o</sup> et senioribus placuerit, examinatores eligantur; tum ex illis lector principalis designetur; Neminem enim lectorem publicum designari volumus, nisi prius

\* Sic.

prius examinatus fuerit; neminē autem examinaturū, nisi qui ante sublector fuerit, nec quēquā sublectorē, nisi qui ante alicujus in aula lectionis per annū lector fuerit; ut iis quasi gradibus ad eruditionis aliquem fructū et officia Collegij perveniat. Quæ officia nemo eorū recusabit, qui eliguntur, sub pœna amissionis convictus sui in Collegio ipso facto; sed diligenter ea exequi tenebuntur quamdiu magister et major pars ditorū seniorū ita duxerint necessariū. Et si necessariū magistro et senioribus visū fuerit, ut plures quam tres sublectores fiant juxta eorū sententias plures deputētur. Singulis anni quartis secundū dies per Universitatis statuta præscriptos legere incipiant. Et in magna vacatione (quoniā tunc cessat universitatis terminus) legere incipiant primo die Lunæ post comitia, quæ inceptions solennes vocantur: desināt autem die Veneris ante festū Nativitatis beatæ Mariæ. Quovis die profesto, pulsata prius campanula per principalē lectorē post præces & locum communē, si quis fuerit, explicatum (quem hora sexta omnino cessare volumus) continuò omnes discipuli e sacello se conferant in aulam communē ad lectiones ibidem audiendas. Ubi lector principalis et sublectores audiendis recitationibus discipulorū ac sociorū bachalaureorū, et eisdem examinandis, pariterq; docendis, spatium sequihoræ, aut amplius, diligenter impendant; idq; faciant tam in logicis quam in philosophicis. Hunc autem ordinem adolescentū in aula instruedorum esse volumus; ut, postquam in Collegiū admissi sunt, ad sex aut septem menses, in elementis geometriæ et arithmeticæ perdiscendis consumāt. Quod reliquū primi anni est ad dialectices compendiū aliquod discendū conferant; quo tempore universā ejus formam quasi per transennam aspiciāt. Ad extremū toti se ad Aristotelem eumq; Græcū conferant et Organū primo Aristotelis discant, quā Logicā vocant. Deinde se ad physicam adjungāt. Nolumus autem alioqui quēquam philosophū aut dialecticū publice legendum præter Aristotelem, in aulā adduci; nisi forte lector publicus, aut qui magistri artium futuri sunt Timæum Platonis, aut aliquem electū ejus dialogū explicare velint. Sic lector tamen, cæteri q; legant ut in Græcis non quasi grammatici hæreāt (illud enim ad lectorē Græcæ linguæ poti<sup>9</sup> pertinet) sed ut materiam ipsam quæ subjicitur, exponant, rem rei, locū loco, auctorem auctori cōferāt. In logica Aristotelis cognoscenda nihil prætermittant; aliorū auctorū in quibusdam diligentius insistant; quosdam celerius transeant; omnes tamen discant; et ita diligenter et mature cognoscant, ut secundo anno logicam totam in aula perlegant; quod reliquū est temporis antequā bachalaurei sunt, illud in physice consumant, et præcipue in his libris quæ ab Aristotele de anima sunt editi, cujus cognitio quasi pœnus totius philosophiæ esse videtur. Cæterū quam partem harū facultatum sit unusquisq; ditorū lectorū auditor<sup>9</sup> examinaturus et expositurus et qua hora, magistri et majoris partis seniorū judicio relinquimus discernendū, ut quod illi conducibilius auditorio fore censuerint, id observetur. Atq; hæc quidem quæ præscripsimus quovis die profesto lectores agere volumus, nisi forte pro more universitatis, ad instātiā alterius Collegii, aut hospitii, aut alicujus magnatis, vel recreādorū iuvenū gratia, magistro, aut eo absente præsidi, principaliq; lectori remissio necessaria fore videbitur. Aderunt item lector, tam principalis quam sublectores, omnibus bachalaureorū et discipulorū exercitationib<sup>9</sup> ab initio usq; ad finem, nisi legitimā absentia causam habeant, per M<sup>um</sup> aut ejus absentis vices gerentem approbandam. Quo casu volumus ut vigilantes quospiam et dōctos, vice sua substituant, qui non segniter discipulorū negligentias coarguant. Cæterū lectionibus omnibus quæ magistri et seniorū judicio ad discipulos et bachalaureos pertinebunt, non solū domesticis verumetiam publicis omnes et singulos judicio M<sup>ti</sup> aut eo absente præsidis non juste impeditos adesse volumus. Singuli lectores et examinatores, auditores suos diligenter exerceāt; delinquentes puniant; non proficientes notent; et ad seniores quotannis de diligentia et progressu studiosorū, atq; etiam de tarditate et imperitiā nō proficientiū referant. Lectorē autem primariū volumus, sæpius, seu saltem semel in quaq; hebdomada inferiores classes adire; et nunc hanc nunc illā tentare, quid profecerit; et utrū sublector aut lector illi classi assignatus suū officiū et munus diligenter obierit. Quod si quispiam lectorū aut sublectorū officiū suū vel prætermiserit, aut negligēter fecerit,

toties



toties a lectore primario quatuor denariis mulctetur. Sin ipse lector primarius suo muneri aliquādo defuerit, quoties deliquerit toties a magistro aut eo absente a præsidente, octo denariis mulctetur; nisi causa per hunc vel illum approbata obstiterit; quas quidē mulctas, sive a magistro, sive a præsidente hic vel alibi cuiquā impositas, ad utensilia Collegio comparanda converti volumus. Insuper statuimus et ordinamus, ut omnes socii, discipuli, pensionarii, ac reliqui qui in Collegio morantur, Hæbraicis & Græcis literis operam impendant, et singula sua lingua legant; iique ita dividantur quemadmodū M<sup>r</sup>. et major pars seniorū idoneū judicaverit, idq; sine ulla cujusquam exceptione fiat. Ad hæc ordinamus, ut secundū electionis formam quā inferius ponemus quatuor e sociis deputentur qui matheseon artes legant; quorū unus arithmeticā, alter geometriam, tertius perspectivā, quartus tractatū aliquem de sphæra, aut cosmographiā, explicet. Quas lectiones quotannis incipient, proximo die Lunæ post creationem magistrorū, et pergunt singulis diebus profestis, quisq; cursu suo sic ut nullus omnino dies intermittatur, neq; simul uno die lectiones duæ concurrant. Id quod ab illo die Lunæ prædicto ad festū usq; Michaelis observari volumus (excepto duntaxat illo spacio quod a festo Nativitatis beatæ Mariæ usq; ad finem festi exaltationis sanctæ Crucis intercedit). Quibus lectionibus adsint bachalaurei cuncti, tam socii quā discipuli sub pœna per M<sup>ra</sup>. aut ejus absentis vices gerentem singulis delinquentibus infligenda. Si quid vero sociorū bachalaureorū aut discipulorū vel ad eas ad quas intra Collegiū tenet. lectiones, recitationes, oppositiones, seu scholasticas exercitationes tardius accesserit, vel in totū ab iisdē absens fuerit; vel absq; venia inde recesserit; aut demū si præsens diligenter non auscultaverit principalis lector, pro suo judicio quemq; sic delinquētem corrigat; nempe pro tarditate quavis id est si principio cujusvis lectionis, recitationis, oppositionis seu scholasticæ exercitationis nō adfuerit quadrante; si absq; venia recesserit, aut præsens valde negligēter se gesserit, obolo; si in universum abfuerit, denario, quemq; illorū sociorū, bachalaureorū, aut discipulorū mulctari volumus. Et si frequentius in aliquo prædictorū eos ita delinquere contigerit; secundum M<sup>ri</sup> et unius lectoris discretionem durius contra illos procedatur. Quarū mulctarū omniū quæ ad aulā spectant emolumenta volumus æqualiter inter dictos lectores (sive per se lector punierit, sive sublectores) in singulorū terminorū fine dividi, quò diligentiorē operā in officio suo faciendo ponant. Pueros autem & eos qui adulti nō sunt prædictorū lectorū judicio virga castigari volumus. Quod si quisquā ex auditoribus, bachalaureis, sociis, aut discipulis crebro punitus sese noluerit emendare; procedatur contra eū juxta tenorem statuti de subtractione convict<sup>o</sup>. Veruntamen si discipulus ille crebro punitus graduatus non fuerit, nec decimum octavū ætatis suæ annū compleverit, tunc talis verberibus aut aliis pœnis condignis ad arbitriū M<sup>ri</sup> vel ejus absentis vicem gerentis et principalis lectoris, ejusve absentis deputati castigetur. Quod ad cæteras exercitationes, quæ in scholis publicis fiunt, attinet; in statuto de decanorum qualitate et officio satis dictum est.

---

## De quatuor Examinatoribus. Cap. 10.

---

ET quoniā diligens exercitatio juniorū, per eruditos maxime confert ad ea præsertim quæ recentius didicerunt, alius animis infigenda: idcirco necessariū imprimis visum est, ut ob singulas prælectiones quas juniores sive domi sive fores audituri sunt examinatores quidam præficiantur, qui singulis quibusq; dieb<sup>o</sup> non segniter ab eis exigant, quid ex ipsis prælectionibus commodi reportarint. Quatuor igitur examinatores constitui volumus et ordinamus. Primū pro literis humanioribus, alterū pro dialecticis, tertiū pro mathematicis, quartū pro philosophicis. Horū examinerum officium erit, singulis diebus quibus domi prælegitur,

N° II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

suos auditores, haud minus quã per horam integram, exercere; sic ut in singulis hebdomadibus, bis ipsi legant, et reliquis diebus diligentius exquirant, quid ipso die ex ordinaria prælectione, si qua fuerit in scholis publicis habita memoriæ commendârint; quid potissimū delectârit eos; aut quid obscurius visū fuerit. bene meritos et ingeniosos collaudabunt; desides et negligentes increpabunt; eos etiam puniant quos viderint castigationē esse commertos quin et rationem exigant nunc unius nunc alterius ejusdem prælectionis passus; nihil deniq, non agant, quò singulis illic præsentibus integra prælectio dilucida fiat, pariter & eorū memoriis infixa teneatur. Porro diebus illis quibus nulla fit in scholis publicis junioribus prælectio, pro eorū instructione conveniens, tum examinatores logicus et philosophicus suos discipulos exercebunt in eis lectionibus quas iisdē diebus iidem domi audierint. Qui vero pro literis humanioribus examinâtor est deputatus unã aut alterã brevẽ proponat orationem, quam jubebit a singulis quibusq, aliis atq, aliis verbis idem pollentibus verti convestiri que. Matheseon autem examinâtor iisdem diebus auditoribus suis aliquid annotatione dignū enucleabit. Et si forte prælectio mathematica quæ foris habetur, supra captum auditorū suorū fore videbitur: tunc volumus et ordinamus ut ipse tribus cujusvis hebdomadæ diebus, haud minus quã per horam integrã, partem aliquam ex mathematicis elucidet. Reliquis vero diebus percunctationibus (ut supra diximus) auditores suos exercebit. Similiter et si prælectio logica seu philosophica quæ foris habetur supra captum majoris partis auditorū fuerit tum horū examinatores in his prælectionibus quæ iisdem diebus domi sunt habitæ, suos exercebunt. Qui modus etiam observabitur in his duobus examinâtoribus per totū ipsum tempus, quod vacationis appellant. Cæterū in hoc tempore mathematicus examinâtor suos exercebit in his prælectionibus mathematicis quæ domi per socios ad hoc deputatos singulis diebus hujus temporis explicandæ sunt. Examinâtor deniq, in literis humanioribus (nisi forte quispiã alius ultro velit quicquã prælegere) singulis quibusq, diebus auditoribus suis præleget ante seu post meridiem ex libro quopiã humaniarū literarū, hora & loca per magistrū assignandis; eosdemq, post meridiem in his quæ prælegit exercebit. Quibus autem locis, horis, ac modis opportunioribus, iidem examinâtores prædicta facturi sunt, quidq, singuli cum opus fuerit, sint prælecturi; dicti magistri simul et seniorū judicio relinquimus decernendū. Nam et ipso usu & eventu negotii longe commodius quid fieri debeat ipsi indicabunt, quã nos quicquã stabile jã possumus definire. Eorundē etiã auctoritati permittimus negligentias ditorū examinâtorū, aut alios, quantum ad eorū examinationes attinebit, errores quoslibet plectere, simul et cū res exiget, a dictis muneribus eos amovere, aliosq, magis idoneos præficere, prout magis conducibile videtur. Quod si quis auditorū aut tardius accesserit quam par sit; aut ante completã examinationē discesserit aut deniq, per totū abfuerit aut demū si præsens diligenter nō auscultaverit; is juxtã morem eorū, qui sic in aliis lectionibus audiendis delinquent, omninò puniatur. Et si quispiã eorū frequentius aut notabiliter sic offenderit, is pro modo notabiliter delinquētū in Latini sermonis, aut divinorū officiorū neglectu corrigatur; proviso semper ut in diebus profestis, in quatuor parvis vacationibus, hii discipuli non otio et ludis tempus consumant; sed in componendis carminibus, epistolis, vel declamationibus, in lectione Græcorū poetarū, oratorū, aut historiagraphorū; in dialogorū, comædiarū vel tragœdiarū actione, secūdum lectoris humaniarū literarū, et cæterorū examinâtorū arbitriū et assignationem exercentur. Hortamur quoq, et in Christo monemus, ut in iis vacationib<sup>9</sup> per quinq, minimū dies ante termini inceptionē, bonã pro prædictis discipulis exercendis diligentiam impendant; neq, discipulos otio torpere, aut tempus male et inutiliter cōsumere quantū in ipsis est sināt. Quod si negligentes hac in parte fuerint, secūdū magistri aut ejus absentis vicē gerentis, et majoris partis seniorū discretionem puniãtur. Quin etiã lectorib<sup>9</sup> prædictis in istis vacationibus potestatem dari volumus, ut quos ex discipulis, insigniter negligētes deprehenderit, eos, de magistri, vel ejus absentis vicē gerentis sententia mulctent vel puniant. Atq, earū mulctarū, si quæ fuerint, emolumenta in prædictorū usū cedere volumus.

De electione Præsidis, Lectorum, et aliorum  
Officiariorum. Cap. 11.

Nº II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

QUONIAM hactenus de officiariorū munerib<sup>9</sup> et officiis leges et statuta dedimus; sequitur ut de eorum electione, leges et statuta itidē demus. Itaq<sup>3</sup> statuimus ut die Veneris post magna comitia proximo lectores omnes et examinatores (nisi ubi aliud in his statutis eligendi tempus constitutū sit) eligatur. Postridie autem ejus diei quo annuæ rationes confectæ et ad exitū perductæ fuerit præses, decani, thesaurarii, et seneschallus pro sequente anno similiter eligantur. Sit hic modus electionis; cui quidem ipsum magistrū, nisi gravissima causa impeditum interesse volumus. Magister, pulsata campana, et convocatis in sacellum octo senioribus, hora octava ante meridiem, primum statutum hoc corā illis legat, deinde jusjurandū det; se neminem ad aliquod officiū seu munus gerēdū, gratia, odio, ullave animi perturbatione, vel præmio adductum; sed eum solum, quem testimonio conscientiae permotus, maxime idoneū ad illud munus obeundū judicaverit, electurū. Eodemq<sup>3</sup> jurejurando se octo seniores omnes similiter obstringant. Tum magister et prædicti seniores se ad suffragia ferenda conferant, ac primo præsidem deinde decanos, thesaurarios, et seneschallū, ac lectores diebus supra præstitutis, ordine eligant. Atq<sup>3</sup> in ferendis suffragiis is pro electo habeatur, in quem ipse magister cum quatuor minimū ex octo senioribus concorditer consenserint. Quod si post tria aperta scrutinia, ipse magister cum quatuor de uno nō convenerint, tunc is electus erit in quem ipse magister cum tribus maxime seniorib<sup>9</sup> ex dictis octo senioribus sociis domi præsentibus aut majori eorundem parte consenserit. Quod si ne hij quidem ante horam tertiā ejusdem diei de uno cooptando, ut dictum est, concordare possint: omnes tamen octo seniores vel septem ex his, de uno eligendo unanimiter consenserint eo casu magistrū volumus: illis octo vel septem sic consentientibus assensum suum accommodare. Sin autem ne septem quidem sic ut prædictum est unanimiter consenserint: tum is pro electo habeatur, quem ipse magister solus nominaverit; verū si magister tempore electionis domi nō fuerit, tum præses, aut præside absente, vel si de ejus electione agatur socius maxime senior domi præsens vicem magistri absentis supplebit, ac cum reliquis senioribus plenā eligendi cujusq<sup>3</sup> potestatē habebit. Isq<sup>3</sup> erit electus, in quem præses, vel si is absens fuerit, vel si præses eligendus sit, in quem dictus maxime senior socius, cum quatuor ex dictis senioribus consenserint. At si post tria scrutinia unū eo modo nō elegerint; tunc is pro electo habebitur in quē dictus præses, aut in ejus absentia, vel casu eligendi præsidis, dictus maxime senior socius, cum tribus ex maxime seniorib<sup>9</sup> sociis consenserint. Proviso tamen quod si septem seniores, vel sex ex his de uno eligendo unanimiter consenserint eo casu præsidem volumus aut (si de præsidis electione agatur) sociū maxime seniorem tunc domi præsentem in illis septem vel sex sic consentientibus assensū suū accommodare. Quod si ne hoc quidē modo electio effectū sortiatur; tum is erit electus quem magister, per literas manu duorū seniorū subscriptas de ea re certior factus, solus si intra regnū Angliæ fuerit, nominaverit. Quod si extra regnū fuerit, tunc is quem episcopus Eliensis dicti Collegii visitator intra regnū existens, vel dicto episcopo extra regnū existente, aut sede episcopali forte vacante, quē Academiæ Cancellarius nominaverit electus esto. Postero autem die quo electio confecta fuerit; electi omnes quotquot in Academia præsentis fuerint, reliquis intra biduū postquā redierint, idem facturis, in unū coram magistro et senioribus, aut magistro absente, coram præside et senioribus coacti se jurejurando obligent, quod fideliter et omnino secundū statuta de ipsis condita, munera sua exequantur. Eadem forma, idem ordo et modus observabitur etiā in omnibus aliis electionibus, præter magistri electionem superius descriptam; diebus tamen et temporibus ad hujusmodi electiones per hæc statuta præfixis, specialiter observatis. Quod si forsan interea

temporis cujusquam munus sive officiū quavis occasione vacare contigerit (excepta illa vacatione, quæ per resignationē fieri solet, quam omnino nullā declaramus, quæ in scio et non præsentē ipso magistro facta fuerit, tum volumus ut intra quadriduū per M<sup>rum</sup> et seniores juxta formā superius specificatam alius surrogetur. Ulterius statuimus ut cujuslibet senioris fiat electio intra mensem ad summū, postquā ipsi magistro et senioribus cæteris locū vacare constiterit; nec ante tamen quam ejusmodi vacatio ipsi M<sup>o</sup>, si intra regnū Angliæ fuerit, innotuerit, neq. ante novem dies postquā significata fuerit hæc vacatio ipsi magistro, per literas præsidis aut duorū seniorū domi tunc residentū nisi magister tunc domi fuerit, hoc viz. modo magister vel eo absente præses, vel si præsidis locus vacuus fuerit, aut is absens sit, maxime senior socius domi præsens convocatis in sacellū reliquis senioribus, cooptet in eum cœtū sociū illū, qui sit proxime senior, nisi is fratrem habeat vel ipsum magistrū, vel unū aliquē ex reliquis conscriptis senioribus, vel nisi gravis alia causa per ipsum magistrū et majorem partem prædictorū seniorū approbanda obstiterit, quo casu socius senior proximus ordine (nisi similis causa eodem modo approbanda obstiterit) eligatur, et ita deinceps observetur. Proviso ut quicumque ob hujusmodi causā minus idone<sup>s</sup> qui in seniorū cœtū cooptetur, iudicabitur; idem durante tali causa ne absentis quidem cujusquā senioris nedum præsidis vicarius sit, et si post tria aperta scrutinia quatuor cum magistro nō consenserint, tum magister solus seniore assignabit; ordine tamē senioritatis ut supra dictum est, observato. Seniore sociū ubiq. in his statutis intelligimus, qui sit socius admissione senior non gradu scholastico. Item in omnibus et singulis electionibus præterquā in electione magistri scrutiniū sit semper apertū. Prohibemus autem ne in ulla electione faciendā quisquā suā vocem sive suffragiū alterius personæ cujuscunq. arbitrio quovis modo compromittat; compromissum autem minime valeat. Quicquid in his nostris statutis a præside, decanis, thesaurariis, vel senioribus faciendum requiritur, id ipsū in cujusq. eorū absentis vicario intelligendū decernimus.

## De Sociorum qualitatibus. Cap. 12.

NUNC itidem et leges dabimus residuo corpori; quod nimirū ex sociis tanquā ex potioribus et solidioribus membris (quocunq. numero eos fore contigerit) volumus integrari præter peculiare fundationes aliorū quæ in Collegio sunt benefactorū. Quāquā præclarissimus pater noster Henricus Octavus, in charta licentiæ suæ, quam Dñæ Margarietæ proavia nostræ concessit, mentionem, de quinquaginta sociis scholaribus pro ea fecit: quoniā tamen hic numerus e bonis ipsius expleri nō potest ob subtractionē annuorū reddituū ad valorē quadringentarū librarū: idcirco quantū ad præsentem ordinationem spectat, triginta duos nec pauciores, deputari volumus et ordinamus, nisi (id quod Deus avertat) contigerit ea Collegiū inopia premi ex subtractione reddituū, aut aliquo alio magno infortunio, ut hic triginta duorū sociorū numerus ex judicio et sententiā ipsius magistri & octo seniorū eorumq. singulorū secundū ipsorū conscientias, diminuendus esse videatur. Eligantur autē in socios hii semper de quovis comitatu qui moribus et eruditione fuerint insigniores quosq. cum magister, tum seniores speraverint, firmiterq. crediderint, in eodē Collegio ad Dei honorē, et profectū studii scholastici, cum effectu velle et posse proficere; et inter hos illi qui indigentiores fuerint. Statuimus autem et ordinamus, ut universo sociorū numero in duas æquales partes diviso tantū dimidia pars et nō plures e novem trans Trentā comitatibus, viz. Dunelmia, Northumbria, Westmeria, Cumbria, Eboraci, Richmondia, Lancastria, Derbia, Nottinghamia, assumantur; cæteri socii e reliqua Anglia eligantur. Plures autem quā duo e nullo comitatu accipiantur, nisi ubi subfundatores ultra binariū numerū ex illo privatim comitatu societates fundavere. Tum enim

tot accipiantur quot illi suis foundationib<sup>9</sup> decreverunt, et pro dñā fundatrice nullus inde socius assumatur. Alias nequaquā hic binarius numerus sive socii fundatricis, sive aliorū fuerint, ulla ratione transeat, sive hū comitatus citra Trentā, sive ultra Trentā fuerint. Neq; universi hi novē comitatus ultra dimidiā partem totius sociorū habeant. Proviso semp ut illi comitatus per totā Angliā cæteris præferatur in quibus Collegiū fundos et possessiones habet. [E Wallis autem non plures quā ex singulis diacesis unus in sociorū numerū cooptetur.] Hoc statutum integrū nō modo in sociis verumetiā in discipulis eligendis ad hunc modum perpetuō observetur, et nequaquā a præscripta forma electores ulla de causa decedant. Porro civitates et oppida quibuscunq; privilegiis exempta fuerint, ad illū tamen pertinere comitatū intelligimus, intra cujus fines situatur. Richmondia vero cum suis adjacentiis, cujus et pientissima fundatrix nuncupationē gessit, juxta ejusdem fundatricis intentionē tāquā privatū comitatū, et ab Eboracensi separatim volumus accipi et idcirco parem inde sociorū numerū atq; ex alio quolibet comitatu prædictorū eligendū decernimus. Ex Cantia etiā si qui fuerint idonei repertū, cæteris præferri volumus modo numerū antedictū nō excesserint; Cæterū qui eligendi sunt præter eruditionem et bonos mores sint etiā in artibus ad minimū bachalauri antequā in sociorū numerū assumantur. Præferantur etiam in hac electione post alumnos proprios hii, qui fuerint in Collegio Christi, si magis idonei videant. Sed et sacerdotes quoq; cæteris, qui sacerdotes non fuerint, præponantur. Cæterū neminem in sociū unquā admitti volumus qui ex instituto secum jam ante decreverit aliā quam theologicā facultatem finaliter profiteri. Plures autem in socios Collegii prædicti, aut in discipulos ejusdem omnino non eligantur pro Dñā † quam in his nostris statutis respective præscripsimus.

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

Quæ unis includuntur desunt Statutis Hen. 8. Ad-  
duntur tamen infer  
Corrections in  
margine Libri.\*

† Fundatrice. Manu  
recentiori in marg.

## De Sociorum electione ac ipsius circumstantiis. Cap. 13.

ET quo possit exactior fieri sociorū delect<sup>9</sup>, convocari volumus et statuimus, per M<sup>rum</sup>, vel eo absente præsidem octo seniores primo die Lunæ cujusq; quadragesimæ simul et commonefieri ut quisq; debitā et diligentem inquisitionem faciat de juvenibus quibusdam tam moribus quā eruditione magis idoneis, qui in sociorū numerū cooptentur. Tres autem diversos dies inter initiū quadragesimæ et electionis diem magister et seniores omnes eos qui pro sodalitate stare voluerint in linguarū & scientiarū cognitione examinant; ut illorū doctrina et ingenii melius et certius qualia tandem sint, ab omnibus electoribus cognoscantur; et ut repertorū nomina simul cū nomine comitatus, ex quo quisq; fuerit oriundus, in schedula conscribantur una cum aliis dotibus quibus ipse juvenis fuerit præditus. Cujus autē nomenclatura ante septem dies electionis futuræ tradita magistro nō fuerit, aut ejus absentis vices gerenti; hunc pro ea vice ineligibile pronunciamus. Statuimus autem ut illa schedula sic tradita ante prædictos dies corā majori parte seniorū ab eo cui traditur perlegatur mandantes ut nullius unquam nomenclaturā respuant. Porro delectū hunc quoties eveniet, celebrari volumus et ordinamus quaq; die Lunæ, quæ proxime sequit<sup>r</sup> dominicam quintam quadragesimæ: quo die magister et octo seniores conveniant in sacellū cum horologiū insonuerit octavā. Et illic primū lecto statuto de cooptandorū qualitatibus, magister primum, deinde reliqui per ordinem seniores, jusjurandum quod sequitur tactis sacris Evangelii præstabunt. Ego N. N. Deum testor et sancta ipsius Evangelia me neminē in socium hujus Collegii electurū nisi quem juxta statutū ante lectum mea conscientia magis idoneum judicabit. Neq; illud faciā precio vel mercede aliqua a quoquā aut data aut expectata; neq; ulla alia sinistra aut prava affectione.

428.

Juratis

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

Juratis singulis fiat statim apertum scrutiniū. Seniores vero ut simulatio promittendi et spes decipiendi e medio tollatur, juxta senioritatis ordinem publice et ut cæteri exaudire possint suffragia conferant. Et de quo magister et quatuor ex dictis senioribus consenserint is pro socio habeatur. Quod si post alterū aut tertiū scrutinium, de uno quatuor cum magistro nō consenserint, tum eodem modo procedat quo in electione præsidis, et lectorū et aliorū officiariorū dictum est. Et is socius habeatur qui eo modo electus fuerit. Proviso semper ut neq, magister electionē inceptā nisi urgentissima de causa et quatuor e senioribus præter M<sup>rum</sup> approbanda, interrumpat; et si plures eligendi sint illa electio, quæ semel incepta est, omnino finiatur priusquā ad aliā sive novā electionem procedatur. Cum autem plura loca in eodem anno vacaverint, eodē modo et forma procedatur, quoad omnia loca suppleant. Nam unius tantum pro uno tempore et scrutinio electionē tractari volumus, pronuciari autem omnes simul post omnia scrutinia decernimus eo quo electi fuerint ordine servato. Postremo hanc sociorū electionem eodem, quo incepta est, die, finiri semper et absolvi volumus, et præcipimus; nisi forte urgentissima aliqua causa inciderit, per M<sup>rum</sup> et majorem partem seniorū approbāda. Quod si hujusmodi causa intervenerit; proximo tamen die sine ulla cujusquā causæ dilatione finiatur. Proviso ut neq, in hac electione, vel electionibus <sup>neque</sup> et in alia quacunq, cujuscunq, personæ intra dictum Collegiū facienda, quisquā suā vocē aut suffragiū alterius personæ cujuscunq, arbitrio, et dispositioni quovis modo committat; aut incertā personā, aut pro incerto comitatu vel diocæsi sub disjunctione vel conditione quovis modo nominet, aut eligat. Qui contra fecerit; et suffragiū suum eo ipso, et dicti Collegii societate ex eo tempore in perpetuū amittat.

### Jusjurandum electi Socii. Cap. 14.

CÆTERUM priusquā electus ad societate admittatur; volumus ut juramentū subsequens in presentia magistri aut (eo absente) præsidis, et majoris partis seniorū præstet. Ego N. N. huic Collegio divi Johannis hoc sacramento meipsum astringo et Deo teste pmitto ac spondeo; primo me verā Christi religionē ex animo amplexurū; Scripturæ auctoritatem hominū judiciis præpositurū; regulam vitæ et summā fidei ex verbo Dei petiturū; cætera quæ ex verbo Dei non probantur, pro humanis et non necessariis habiturum; auctoritatē regiam in hominibus summā et externorū episcoporū jurisdictioni minime subjectam æstimaturū; et contrarias verbo Dei opiniones omni volūtate ac mente refutaturū; deinde me omnia hujus Collegii statuta, præscriptiones, ritus, consuetudines laudabiles servaturū; præterea me huic Collegio fidelem futurū; nec ullū ei damnum aut incommodū allaturū; aliorū consilia, coitiones, conjurationes facta seu acta quæ detrimentū aut infamiā Collegio inferant, repulsurū, et magistratui ei, qui de eo cognoscere debet, renunciaturum; tum magistro et præsidi reliquisq, qui mihi præficiuntur, in omnibus legitimis, honestisq, morem gesturū & dignā debitamq, legibus et statutis omnibus reverentiam exhibiturū; item juro quod non impetrabo dispensationē aliquā contra juramenta mea vel statuta prædicta, vel contra aliquā particulā in eis contentā, nec dispensationē hujusmodi per aliū vel alios palā vel occultè impetrari vel obtineri procurabo, directè vel indirectè; neq, ab aliis quæsitā et oblatam accipiā. Juro insuper q̄d non resignabo societatem meam mercede aut precio, dato, soluto, promisso, aut expectato adductus, aut sub pacto aliquo qualicunq, sed, si locū relinquā, sponte decedam, liber et absolute integer, ab omni muneris aut mercedis solutione, aut datione, et ab omni pollicitatione incorruptus. Quod si contingat me posthac propter contemptū, rebellionē, inobedientiā, malos mores, vel alia merita, vel propter causas in præsentibus statutis contentas p magistrū vel alios in hujusmodi negotiis habentes interesse,

Hactenus conveni-  
unt cum Correc.  
marginal: H. S. \*

interesse, corrigi, aut puniri, aut a dicti Collegii sustentatione et societate, secundū formā statutorū excludi, expelli, vel amoveri: ipsum magistrū, aut aliam personā ullā, occasione expulsionis aut amotionis hujusmodi, nunquā persequar, molestabo, seu inquietabo per me, alium, vel alios; nec ab aliis molestari, vexari, seu inquietari procurabo in foro ecclesiastico, seu seculari, seu alio quocunq; modo. Sed contra ex certa mea scientia, purè, spontè, simpliciter et absolutè, omni actioni, occasione correctionis, punitionis, exclusionis seu amotionis hujusmodi adversus magistrū seu alios dicti Collegii socios, et scholares, mihi quomodolibet conjuncti sive divisim competenti; appellationi quoq; et quærelæ in ea parte faciendis, ac quarumcunq; literarū impetratione, etiā precibus principū, procerū, magnatū, prælatorū, et aliorū quorumcunq; (quantumcunq; mihi alias probitatis et vitæ merita suffragabuntur) in vim pacti renuntio. Deniq; omnia mihi imposita a magistro et senioribus munera suscipiam, eaq; summa cum fide et diligentia administrabo. Hæc omnia in me recipio Deoq; teste me sedulo facturū promitto ac spondeo. Hoc præstito juramento, statim in verū sociū per magistrū aut ejus absentis vices gerentem, admittatur. Proviso semper ut cum plures eodem anno ita in perpetuos socios fuerint admittendi, ille ante alios admittatur, qui prius in universitate actualit' fuerit graduatus, modo tunc in Academia præsens sit. Sin vero absens fuerit, tum alii præsentis quanquā juniores, statim tamen admittantur. Quod si quisquam admittendorū prædictum juramentū sic ut præfertur, præstare recusaverit, is eo ipso, omne jus, titulū et interesse quod in dicto Collegio habuit, amittat, nec postea in sociū scholariem ipsius Collegii admittatur, aut unquam assumatur.

## De Discipulorum qualitate et electione. Cap. 15.

NE sit ergo seminariū ineptū et inobediens quodq; molliter et generose tractari nequeat Statuimus et ordinamus, ut sint in dicto Collegio, præter reliquas benefactorū foundationes, pro fundatrice viginti quatuor discipuli; nisi (id quod Deus prohibeat) cōtigerit Collegiū in tantā incidere inopiā ut hic numerus ex ipsius magistri et majoris partis octo seniorū judicio secundū ipsorū conscientias, diminuendus esse videatur. Tot autem pro fundatrice constituim<sup>9</sup>, cum alias ob causas, tum, ut sociis et scholaribus decedentibus, in eorū loca succedant, extraneisq; ut præmittitur, in electionibus (si merita, et cæteræ circumstantiæ respondeant) præferantur. Volumus autem ut subsequentibus qualitatibus sint ornati, videlicet ut bonis sint et honestis moribus, bonaq; item indole præditi; sint corpore nullis contagiosis, aut incurabilib<sup>9</sup> morbis vitiosi, aliasve insigniter aut deformi aut mutilo; ne sint in artibus bachalaurei, nec in sacris ordinibus constituti. Sint autem in grammaticis bene et sufficienter instructi, sic ut judicio magistri, aut ejus absentis vicem gerentis, majorisq; partis seniorum idonei existimentur qui protinus dialecticis rudimentis imbuantur; proviso semper ut doctiores indoctoribus (cæteris paribus) præferantur, inter quos et inopes præponi volumus modo in cæteris conditionibus pares fuerint. Proviso etiā ut in discipulis eligendis, eadē comitatuū ratio diligenter servetur, quā in statuto de Sociorū qualitatibus ante descripsimus. Exceptis duobus illis discipulis (ex dictis viginti quatuor) per honoratissimū Dñm. Burghley summum Angliæ thesaurariū hæredesq; suos magistro sociis et scholaribus Collegii prædicti quoties eorū loca vacaverint, nominādis, quod in dictum numerū viginti quatuor discipulorū cujuscunq; comitatus Angliæ hii fuerint, admitti volumus juxta tenorē ordinationis inde confectæ. Horū autem discipulorū nominationem et electionem volumus in sacello dicti Collegii fieri proximo die Lunæ post festum Omniū Sanctorū, eodem modo quo in capite de electione præsidis, &c supra dictum est; sic ut triduo ante p magistrū ejusve absentis vices gerentem omnibus colectoribus tunc in universitate præsentibus, electio futura, una cum loci vel locorū illorū vacatione significetur et intimetur

hora octava ante meridiem celebranda. Quam quidem electionem eodē die, quo incēpta est terminari volumus et consummari. Proviso semper ut discipuli illi duo qui sunt ex fundatione Doctoris Kiplingham intra mensem postquam utriusq; aut alterius eorū locus vacaverit, eligantur. Discipulorū quoq; Doctoris Dolmanni qui novem sunt et sizatores vocantur electionem statam et solennem esse nolumus; sed Magistro et octo senioribus concedimus potestatem ut singuli sibi unū quem velint eligant eundemq; quamdiu velint retineant; itemq; discedente seniore, qui illū elegerat, locū sizatoris iterū vacuū putent; hac tamē cautione habita ut quos illi discipulos eligunt, ij tantos in bonis literis progress<sup>9</sup> fecerint, quantos statuta a pensionariis requirunt. Tres vero alios præter viginti quatuor Dñæ fundatricis discipulos, quorū unus vestiario, alius qui pulsationi campanæ, et tertius horologio deputetur intra quatuor dies a vacatione eorundem eligi volumus. Adjicientes præterea ut in virtute juramenti Collegio præstiti, nullus eligentiū mercede, precio, vel dono dato, soluto, vel promisso, aut probabiliter expectato adductus aut quovis ex pacto quibuscunq; verbis concepto aliquē nominet, aut aliquid pro nominatione hujusmodi ullo unquam tempore etiāsi offeratur accipiat. Quod si contra fecerit, aut juxta formā in capite de Punitione in majoribus criminibus traditā super eo convictus fuerit; eandem quæ illic præscribitur pœnā subeat.

### De Discipulorum Juramento. Cap. 16.

QUUM nemo sit mentis compos, ætateq; et judicio provecior qui non aliqua religione Dēiq; reverentia, natura constringatur moveaturq;: et idcirco ea inviolat<sup>9</sup> et integrius sataget servare, quæ sanctissimo jurejurando se inconcusse facturū affirmat. Statuimus itaq; ut unusquisq; scholasticus in discipulū dicti Collegii electus intra tres dies si præsens fuerit in Academia postquā electus fuerit ad discipulorū emolumenta ejusdē per magistrū aut præsidem admittat<sup>r</sup> quem si ante ejus admissionem, sextum decimū suæ ætatis annū compleverit, tunc priusquā in istud Collegiū ita admittatur ut aliquod emolumentū ex eodē percipiat coram magistro vel præside et duobus vel tribus sociis tactis sacrosanctis Dei Evangelii, subscriptū volumus publice et personaliter præstare juramentū. Qui autem in suo ingressu vel admissione junior quam prædictū est, fuerit ætate, cum ætas illa pondus juramenti

nec existimare potest aut <sup>ferre</sup> servare,\* eum tantisper juramento arctari nolumus. Veruntamē intra mensem postquā ad prædictam ætatem pervenerit, id corā iisdem similiter præstare juramentū teneatur. Ego N. N. in Collegiū sancti Johannis Evangelistæ in Universitate Cantabrigiæ electus in discipulū juro quod in comitatu N. me natum esse credo, quodq;  
<sup>unde possim \*</sup>

non habeo aliquid certū <sup>unde possim \*</sup> expendere annuatim ultra quinque libras bonæ et legalis monetæ Angliæ. Item quod omnia statuta dictum Collegiū concernentia, edita, et decreta secundū planū, literalē & grammaticalem sensum et intellectum ipsorū quantū ad me pertinet inviolabiliter observabo, ac quātū in me fuerit faciā ab aliis observari. Item quod nulla conventicula, conspiratio, nec confederationes seu pactiones aliquas contra magistrū, præsidem, sociū, scholarē vel discipulū hujus Collegii illicitè faciā, nec ipse fieri procurabo, seu permittā ab aliis fieri quantū in me fuerit; seu facientibus ipsa vel eorundem aliquod dabo auxiliū, consiliū, vel favorē aut iisdem scienter interesse præsumā, nec ipsis conscientia tacite vel expresse, sed tranquillitatem, pacem, commodū, et honorē hujus Collegii, et sociorū et scholariorū ac discipulorū unitatem, quantū in me fuerit, et ad me pertinuerit, viis et modis quibus potero conservabo; et ab aliis conservari procurabo; Item quod M<sup>ro</sup>. præsidi, decanis, lectori et aliis meis superioribus in dicto Collegio in licitis et honestis præsertim quatenus statuta ejusdem jubent aut requirunt obedientiam et reverentiam debitam impendā

\* Sic.



impendā. Quod si contingat me (quod absit) propter mea demerita secundū exigentiā præsentiū statutorū ab hoc Collegio expelli seu amoveri: nunquā ipsum Collegiū magistrū præsidem seu aliquem aliū ejusdem Collegii, occasione expulsionis seu amotionis hujusmodi, per me, aliū vel alios, persequar, molestabo, sive inquietabo. Item quod omnia et singula statuta dicti Collegii quantū ipsa me concernunt, fideliter observabo, alioqui pœnas, monitiones, correctiones, in eis vel secundū formā et exigentiā eorundem inflictas sine contradictione quacunq; subibo, et me humiliter subiturū præmitto. Item quod non impetrabo dispensationem aliquā contra juramenta mea prædicta, vel contra statuta vel ipsorū aliquā particulā. Si vero sua culpa prædictū juramentū non præstiterit; eo ipso totū jus quod ratione suæ electionis in Collegio nactus erat amittat, et alius in locum illū pro eo tempore electionis proximò post lapsum illius temporis juxta formā prius descriptā eligatur. Neminē autem intra Collegiū diutius pro discipulo haberi volumus quam in artib<sup>9</sup> magisterii gradum vel assumpserit, vel pro judicio magistri, majorisq; partis seniorū debuerit assumpsisse.

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

## De duobus Prælectoribus Hebraicæ et Græcæ linguæ, et de Lectore Medicinæ. Cap. 17.

ET quoniū olim cum maxima scholasticorū jactura literæ Hebraicæ et Græcæ incognitæ jacuerunt; observari volumus ut singuli authores in ea lingua discantur, in qua primum scripserant. Statuimus ut perpetuo duo prælectores sint ad hoc ipsū designati, alter qui Græcis literis omnes in Collegio juniores doceat, alter qui proveciores Hebraicis erudiat. Hujus officiū erit grammaticā Hebraicā singulis magnis vacationibus legere, quam ea vacatione perlegat, et etiam aliquid e Bibliis exponat. Cæteris vero vacationibus aliquam partem Grammatices legat. Deinde per totū annum aliquem librū Bibliorū exponat, aut aliud quidpiam Hebraicā quod magister et seniores lectu dignum judicaverint, et hic hora septima quotidie in aurora legat, nisi magister et seniores, aliquā aliā horā aptiorem esse putaverint. Huic lectioni interesse tenebuntur, omnes, postquam admissi magistri artiū fuerint, donec quatuor annos in artibus rexerint, et quos præterea magister et seniores, huic lectioni adesse voluerint, magnopere enī ad theologiam cognoscendam pertinet hujus linguæ non ignarū esse, et magnā lucem afferre sacræ Scripturæ necesse est, quando in ea lingua discitur in qua primū scribebatur, et ea ex ipso fonte hauriūt quæ diversitate transferentiū in plures sensus derivantur. Singulis hunc diebus profestis legere volumus, nisi causa non legendi, magistro; aut ejus vices gerenti appbetur. Negligentes autem, et absentes auditores suos, puniat denario aut majori mulcta Magistri arbitrio approbanda. Lectoris Græci officiū erit regiam Græcā lectionem quæ scholis exponitur diligenter examinare, aut si magistro et senioribus melius visum fuerit aliquod Platonis, Demosthenis, Isocratis, Xenophontis, aut alicujus insignioris Græci authoris, quotidie discipulis domi prælegere, et phrasin Græcam cū Latina cōferre, tam reru qm verboru proprietatem et naturā diligenter explicare. Grammaticā singulis parvis vacationib<sup>9</sup> doceat recentiores, et pvectoribus aliqd scribendū, aut in Græcā linguā transferendū dabit. Singulis diebus pfestis, hora tertia pomeridiana, legat sub pœna sex denariorū, comœatui sociorū applicandorū nisi magister aut eo absente præses veniā non legendi dederit, quod idem etiā Hebraicus prælector, sub eadē pœna, observabit, Græcæ huic sive examinationi sive lectioni, interesse tenebat' oēs tū discipuli tum pensionarii illi qui in discipulorum comœatum sūt usq; dū bacchalaurei artiū extiterint. Pensionarii autē qui in sociorū comœatu sint, ad ea explenda quantū ad divinū cultū et actus scholasticos attinet teneantur, ad quæ socii ipsi devincti sunt et obligati. Die Veneris illos in lectionibus illius hebdomadæ quomodo sibi consultissimū videbitur, examinabit. Potissimū

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

De Lecturis in Arte  
medicinali, vocatis, Li-  
naces Lectures [Licen-  
tia Regia Pat. 16 H. 8  
A. D. 1524] v. Rymer,  
tom 14, pag 25, 26.\*

singulis Sabatis et subfestis diebus breve aliquid Latine illis proponet quod proximis Sabatis et subfestis ita scriptū Græce afferent ut unde phrases, verbaq; ex iis quos legerunt desumpta sunt ostendere possint. Uterq; lector autoritate magistri et seniorū ad formā electionis præsidis eligetur; electusq; durabit integrū bienniū, quo tempore expleto munus utriusq; vacare decernimus; utriq; autem lectori permitimus ut præbendam unicam, usq; ad valorē viginti librarū in libro piimorū fructuū taxatā unā cum Collegio et salario possideat. Quod si propter negligentia suā alteruter remotus fuerit, aut alia quavis causa munus ipsū reliquerit; nisi cooptatus fuerit in concionatorū numerū aut præses Collegii effectus sit; nolumus ut præbendā una cum Collegio retineat. Lectoris medicinæ, cujus foundationē Thomas Linacer instituit, officium erit, eandē termini et legendi rationē servare, nō quam scholæ publicæ, sed quā Collegiū hoc divi Johannis domi servat. Is in libris Galeni de sanitate tuenda, methodo medendi, quos Linacer in Latinū convertit, itē in ejusdem authoris libris de alimentis et simplicibus perpetuo insistet; et eos si quo modo fieri potest singulorū triū annorū et dimidij spatio perleget. Hanc lectionē publice omnibus audire volentibus in scholis per integrā horā leget, nisi magister et octo seniorū major pars propter aliquā causā vehementer necessariā alibi illū lecturū decreverint. Modus eligendi lectorem prædictū talis sit; qualē in statuto de electione præsidis, officiariorū, & lectorū, &c. descripsimus. Lector electus tres annos et dimidiū in lectione durabit. Post quod tempus a legendo cessabit, & et tunc ad anni dimidiū lectio hæc nō legetur, et eo tempore fructus lectionis et stipendiū pro indemnitate Collegii ad Collegiū pertinebit. Eligendus autē in lectorē medicinæ sit ad minimum artiū magister, qui bonā operā in Aristotele Græco antea navaverit; et aliquot etiā Galeno ipsi studiū impenderit, quem certe quamdiu lectionē hanc legit, practicā medicinæ profiteri aut publice exercere nolumus. Præferantur semper hujus Collegii socii cæteris, qui in opido sunt, si qui fuerint qui medicinæ operā dederint. Sin minus, aut si idonei defuerint, ex ullo alio Collegio aut loco magister et seniores juxta suas conscientias maxime habilē eligant. Lectione autem pacante, eligatur iterū, vel is, qui antea lector fuerat; vel si æq; commodū videtur, alius quivis, quem magister et seniores habilem, ad hoc munus obeundū judicaverint; et eligatur statim post lectionis cessationē, vel saltem viginti hebdomadas ante tempus incipiendæ lectionis, quo paratior et instructor accedat.

## De numero et officio Ministrorū Sacelli. Cap. 18.

UT divina officia diebus festis decenti<sup>9</sup> et honorificentius peragantur, ac res, quæ ad sacellū pertinent, conserventur ritusq;, et ceremoniæ diligentur observentur; Statuimus ea definiri quæ ad ministrorū in sacris et divinis officiū pertinebunt. Erunt igitur ministri numero quatuor, quorū unus erit sacrista et socius dicti Collegii; cujus officiū erit libros et cætera sacelli ornamenta omnia et singula diligenter et accurate cōservare, et ut sacellū singulis festis et hebdomadis convenienter ornetur diligenter curare, & de iis rationē reddere, ut inferius exprimitur. Ostia et cistas aut claudat, aut claudēda curet; panē, vinū et cætera hujusmodi Collegii expensis in sacello cōsumenda spiciat ad Dei cultū et honorē & Collegii utilitatē; Sacramenta cum opus fuerit inhabitantibus Collegiū per se aut per deputatū ministret. Et conciones quasdā adhortatorias aut unā saltem singulis anni quartis in sacello sine ulla campanæ pulsatione, si hoc illi magis placebit, habeat. Quod si nō fecerit pro singularū concionū prætermissione, mulcta decē solidorum quæ in Collegii usū cedat per magistrū, aut eo absente præsidē ei imponatur. Si vero petita licentiā a magistro, aut, eo absente, præside extra oppidū ad tempus licet breve discedat, et agat, sociū deputatū pro sublevandis

\* *Manu T. B.*

vandis et conservandis omnibus et singulis prædictis ex consensu ejus a quo petit licentiã, et pro quo ipse respondere voluerit, substituat. Reliqui autem tres sacelli ministri, sint ejusdem Collegii discipuli, quorũ unus erit subsacrista sive ædituus qui sacristã in his quæ attinebunt ad sacellũ, juvabit ad publicas preces campanã sive campanulã, horis debitis et temporibus per magistrũ et officarios statutis, pulsabit. Alius horologiũ custodiat. Tertius magnã Collegii cãpanã singulis diebus pulset summo mane, quẽadmodũ antiquitus fieri consuevit priusquã hoc Collegiũ fuerat institutũ. Hora vero quarta per quartã partẽ horæ pulsetur nimirũ ut ita per totã Academiã qui cupiunt ea hora surgere studiisq; suis incumbere campanæ sonitu facilius excitentur. Pulsetur et eadẽ cæteris temporibus præcipue singulis noctibus per quartã horæ partem priusquã claudantur portæ quò possint hij qui tunc foris sunt de reditu commoneferi. Hi vero discipuli quibus negotia ista injungũtur a ceteris omnino eximãtur in aula ministeriis præterquã a lectione bibliorũ tempore pestis. Cæterũ sacristã et subsacristã in suo primo ingressu corã magistro vel eo absente, præside, et uno thesaurario ad hæc omnia et singula in his statutis eos aut eorũ alterũ concernentia bene et fideliter observãda vinculo juramenti adstringi volum<sup>9</sup>. Hos autem quatuor ministros eodẽ modo quo præses et officarii reliqui atq; lectores eliguntur, eligi volumus, idq; intra quatuor dies post quamlibet eorũ vacationem; excepta illa vacatione, quæ per resignationem fieri solet, quã omnino nulla declaramus, quæ inscio et nõ præsentem ipso magistro facta fuerit. Sacrista vero singulis annis eligetur secundũ modũ et formã in electionẽ præsidis, &c. descriptã, die etiã electionis officiariorũ.

## De Famulis Collegii et Magistri. Cap. 19.

INSUPER quosdã adhuc intra Collegiũ dictũ advertimus ipsis discipulis inferiores: nempe ministros, famulos et mercenarios quos universo corpori pedũ loco judicavimus habendos; quibus etiã aliquid statuere nõ erit supervacaneũ. Principio mancipẽ quendã esse volumus et statuimus qui ex jussu senescalli singulis diebus et horis oportunitate ac provideat necessaria ad cõvictus, et in aula, panario, et potario sit obsequiosus ut unicuiq; dicti Collegii juste et æque inserviat. Idem claves panarii, potariiq; gestabit. Cum pistoribus et pandaxatoribus oppidanis aut domesticis, si quid commercii cum illis fuerit, hebdomadatim in præsentia thesaurariorũ aut alterius eorundem computabit. Adertq; senescallo, dum is nõ solũ diebus singulis quæ sunt empta scribit, verumetiã dum idẽ in hebdomadæ cujusvis exitu librũ conficiet pro cõmunis victus supputatione. Claves deniq; singularũ portarũ et ostiorũ Collegii (iisdem omnibus ad horã noctis præfixam obseratis) magistro deferet, aut eo absente, præsidi nisi forsitan ob rationabilẽ aliquã causã id obserandarũ et aperiendarũ portarũ officiũ cuiquam alteri mandare ipse magister utilius judicaverit. Cæterũ eundem jubemus ut pistoribus, pandaxatoribus, et carnificibus plene satisficiat, et ad summũ in fine cujuslibet quatuor anni terminorũ. Porro magister aut ejus vices gerens singulis dictis terminis pistores, pandaxatores et carnifices examinet si manceps pro cunctis quæ nomine collegii receperit ab eis plene et integre satisfecerit, et si repertus fuerit nõ satisfecisse, illico vel satisfacere compellatur, vel ab officio amoveatur penitus. Erunt et coqui duo pro parandis eduliis quorum alter qui et primarius dicitur præter negotia coquinæ mancipem juvabit in esculentorũ emptione. Alter vero qui secundarius erit, illi subministrabit & vasa coquinaria purgabit. Est et pernecessarius Collegio tonsor; qui magistro, sociis, scholaribus, et discipulis prout cuiq; fuerit opus caput et barbã hebdomadatim radat vel tondeat. Neq; minus necessariũ est, ut vestes omnes lineæ tam illæ quibus in mensã quam aliæ quibus utuntur aliã hebdomadatim abluantur. Idcirco volumus in lotricem assumatur fœmina quæpiã una aut plures honestæ bonæq; conversationis.

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge

conversationis. Cæterū neminē supra dictorū conductiorū aut conduci aut expelli volumus per alium quā per ipsum magistrū et thesaurarios aut saltum eorū alterū. Sed nec hoc permitti volumus quod quicumq; in mancipem Collegii assumetur ad primū illius officii ingressū, et pro diligentia et pro fidelitate erga Collegiū juramētum præstabit: at certos fidejussores pro ipso secundum formā juris regni obligādos exhibebit. Præter illos deniq; ministros, duos magistro permittimus ob sua negotia peculiare. Sint etiā omnes hi masculi famuli corā magistro aut eo absente, præside, cum duobus sociis jurati quòd omnia quæ ad sua attinēt officia bene et fideliter, æq; et juste exequentur, sine fraude, deceptione aut colore aliquo. Ac quod ad lotrices attinet, quo magis omnis de eis infamiæ aut sinistrae suspitionis occasio vitetur: volumus, statuimus et ordinamus ut nullus Collegii deferat vestimenta, quibus in mensa, aut ea quibus aliās utuntur ad lotricis domū aut inde reportet. Sed accedant semper lotrices die Lunæ, vel Martis post prandiū hora tertia ad portā Collegii vel ad locū aliquē aliū per magistrū assignandū, ubi ea recipiant ac die Sabbati hora tertia post meridiē illuc referant iteratò.

## De Pensionariis intra Collegium admittendis.

### Cap. 20.

CIRCUMSPICIENTES adhuc unde possit huic corpori perniciēs aut malū aliquod oriri, nusquā videamus id ex ipsius membris facile fieri posse, cū tam exacta cujusq; membri habenda sit probatio, priusquā intra Collegiū admittatur: maximū itaq; quod formidamus ex his provenire malū potest, si quosdam præter hunc numerū convictores et pensionarios intra Collegiū admiserimus quorū nō integra conversatio cæteros inficiat, atq; ita sensim perniciēs reliquo corpori inferatur. Magnoperē etiā Collegii interest ut adolescentes priusquam in Collegiū admittantur, aliquā progressionē et cursum in literis factū habeant, ut postquam ad dialecticā se contulerint majorē operā et diligentiorē cum fructu in Aristotele ponant. Formā autē admittendorū talē esse volumus: primū per lectorē publicū et decanos examinentur num tantū eruditionis habeant quantū ad discenda et exercenda ea quæ in Collegio traduntur sufficiat. Et si his tribus officariis satis instructi videbuntur, tum referent hi tres ea de re ad magistrū. Quod si eidē magistro et majori parti istorū examinatorū tam moribus quam doctrina [idoneus videbitur ubi duodecim denarios lectori et decanis persolverit et jurejurando ad statuta observāda se obligaverit, illudq; manu sua in Collegii commentarios retulerit: pro admissio habeatur] Numerū autē pensionariorū ita determinatū esse volumus ut nullus sociorū ultra duos, nec magister ultra quatuor pensionarios habeat: pupillus neq; a tutore rejiciatur, nec tutorē suū ubi velit mutet nisi legitima de causa magistro et majori parti seniorū probanda. Qui contra fecerit Collegio excludatur. Permisso tamen quòd ultra hunc numerū pensionarii artiū magistri & hujusmodi etiā pensionarii in Collegiū admitti possunt quorū convictus et præsentia insignem queant Collegio judicio magistri vel eo absente præsidis, et majoris partis seniorū, secundum ipsorū conscientias adferre utilitatem. Et quod doctores theologiæ aut alius quivis socius, vel pensionarius qui famulū suo sumptu alere possit, et velit, si ita ipsi magistro et majori parti seniorū videbitur famulū in Collegio quamvis illiteratus fuerit, habeat. Sic tamē ut is famulus honeste juxta statutorū ordinem se in moribus gerat, ac etiā ut nō sit oneri ac detrimento quovis modo Collegio, aut commeatu aliās in Collegio nequaquā manere permittatur, et quod nullus socius aut pensionarius aliquē famulū aut servientem in Collegio habeat, nisi idē famulus aut serviens sit in commeatu Collegii expensis sui magistri vel aliter nutriatur in oppida. Nec licebit cuiquā aliquid

Quæ uncis includuntur, adduntur in marg. Statut. Hen. 8. \*

aliquid cibi vel panis hujusmodi famulo aut alteri cuiquam dare aut mittere a communi mensa magistri et sociorum sub pœna quatuor denariorum danti, seu mittenti quotiescumque dederit aut miserit per magistrum aut eo absente præsidem vel his absentibus per socium maxime seniores in mensa presentem statim infligendorum, ac in usum comæatus convertendorum. Admittendus autem quivis pensionarius decanis et lectori publico duodecime denarios in ingressu singulis quatuor denarios solvat, tum quia laborum in examinando ceperunt, tum quia hac nota admissus in Collegium esse censebitur, antea pro hospite et externo habeatur. Atque hic imprimis decani & lector publicus diligenter circumspiciant, ne imperitiores magistro et senioribus commendent; quia qui grammaticam bene et intelligenter tenent eos necesse est multum proficere: qui non tenent eos videmus vel difficultate rei, vel desperatione sui debilitatos, a discendo abhorreere, et vix ad mediocritatem pervenire.

Nº II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

## De cultu Dei. Cap. 21.

EXPLETO jam numero omnium qui intra hoc Collegium morabuntur dispositisque singulis suis ordinibus, et officiis ac ministeriis duximus primo ordiendum ac docendum, quo pacto tria illa promoveantur, quæ piissima fundatrix a sociis, scholaribus, ac discipulis precipue curanda, votis omnibus exoptavit; nempe Dei cultus; morum probitas et Christianæ fidei corroboratio. Deus imprimis colatur oportet a quo non solum vitæ puritas, verum etiam eruditio quæque salutaris speranda est, ut his demum habitis proximorum intendatur salutem. Statuimus igitur et ordinamus ut magister sociique et discipuli singuli, singulis quibusque diebus priusquam egressi fuerint cubiculum procumbentes in genua dicant hanc orationem. Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus qui nos ad principium hujus diei pervenire fecisti, tua nos hodie salva virtute, et concede ut hac die ad nullum declinemus peccatum, nec ullum incurramus periculum, sed semper ad tuam justiciam faciendam omnis nostra actio tuo moderamine dirigatur, per Jesum Christum Dominum nostrum. Sub noctem vero priusquam lectum ingrediantur flexis genibus seipsos cum toto Collegio devote Deo commendent dicentes hanc orationem: 'O Rex gloriose qui inter sanctos et electos tuos semper es laudabilis, et tam ineffabilis, tu in nobis es

Domine et nomen sanctum tuum invocatum est <sup>per</sup> nos, ne derelinquas nos Deus noster, sed in die iudicii nos collocare digneris inter sanctos et electos tuos Rex benedicte.' Aut aliis horis diei aut noctis si dictis temporibus ex aliqua urgente causa oblivione aut negligentia omiserint easdem orationes devote dicat. [Singulis quoque Dominicis diebus, cæterisque festis, matutinas atque etiam vespertinas preces, Magister, socii, ac discipuli decantent intra sacellum horis congruis per magistrum, seu ejus vices gerentem assignandis, quibus a principio usque ad finem, socios omnes, discipulos, pensionarios, sutores, et subsutores adesse volumus, et magistrum item ipsum, si non legitime sit impeditus. Singulis quoque diebus Dominicis tum stans festis diebus matutinas preces, lytanas synaxes, et vespertinas, magister, socii, et discipuli reliquique in Collegio studiose, pie et distincte in Dominico quod sacellum vocant celebrant temporibus idoneis per magistrum aut ejus vices gerentem assignandis. Hiis a principio ad finem magister cæterique omnium ordinum in mundis superpellitis et caputiis, gradui suo convenientibus intersint. Singulis autem profestis diebus, ad communes preces habendas ad locum communem audiendum omnes tam socii quam reliqui omnis generis in sacellum hora quinta convenient.] Has autem preces et synaxin omnes socii qui ministri fuerint tam festis quam profestis diebus hebdomadatim celebrabunt vel celebrari curabunt, videlicet singuli a precibus vespertinis Sabbati per unam integram hebdomadam incipiendo a præside quæ sequentur reliqui juxta ordinem senioritatis suæ donec ad eundem revertatur, a quo idem cursus iterum et perpetuo observabitur

Quæ uncis includuntur, convenient fere cum notis marginalibus in Statut. II. 8.\*

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

\* *Pia Fundatrix*  
*commendato juxta or-*  
*dinem a visitoribus*  
*præscriptum 2<sup>o</sup> aut 3<sup>o</sup>*  
*cal Julii in Collegio*  
*dominico habeatur—*  
Magister 6s. 8d ha-  
beat, Præses 5s., sin-  
guli ex sociis 3s. 4d.,  
Discipuli unum solidum.  
Ita notæ marginales  
Statut. H. 8 atq; hinc  
patet unde et a quibus  
hæ notæ adjectæ sunt. †

observabitur sub pœna quatuor denariorū pro singulis negligentibus in aliquo præmissorū per decanū, magistrū, aut præsidem, aut his absentibus per sociū maxime seniore præsentem imponenda, et illi applicanda qui illius vicē eo tempore ad mandatū decani, magistri, vel præsidis, seu senioris socii ut dictū est suppleverit. Hoc tamen observando qd in die natalis Dñi, paschæ, et pentecostes, magister ipse, vel eo absente præses ejusdem vicem gerens, et primo die cujusq; termini sacristra hoc officium celebrandi occupabit sub pœna duodecim denarioiū, similiter cuiq; suā vicē negligenti infligenda et applicanda quoties in hac parte peccatū fuerit. Tam festis quā profestis diebus singuli tã socii quam discipuli, pensionarii, sizatores, et subsizatores in sacello eadē subsellia quæ pro senioritate admissionis et dignitatis obtinent occupent. Qui secus fecerit pro absente notet'. \*Ad cujusq; termini finē commendatio fiat in sacello nobiliæ fundatricis, aliorūq; clarorū virorū quorū beneficentiass. Collegiū locupletatur juxta formam præscriptā in statutis Academiæ. Volumus etiā ut benefactorum nomina per binas tabellas quarū altera in superiore altera in inferiore sacello affigatur pulchre et diligenter conscribantur: quò fiat ut tam illorū benefacta memoriis hominū altius inhæreant, quā cæteri per hanc diligentiam provocati libentius conferant ampliora.

## De iis qui concionibus ad Plebem exercitabant sese. Cap. 22.

UT autem id laudem cujus gratia potissimum optima et pientissima fundatrix Collegiū istud erigi voluit sortiat' effectū, id est, ut tandem enascantur ex hoc cœtu theologi, qui suorū studiorū fructū aliis communicent; statuimus et ordinamus ut semper quarta pars ex universo sociorū numero concionibus ad plebem in vulgari dicendis incumbat. Et quoniam sublime est concionatoris munus neq; aliquis temere in eo loco versari debet, nemo in concionatorē eligatur qui non antea Symboli Apostolici, Orationis Dōminicæ, Decem Præceptorū explicationem domi his, qui in Collegio sunt, festis diebus, hora tertia pomeridiana, exposuerit. Huic lectioni interesse teneatur omnes discipuli et pensionarii. Qui autem absentes fuerint in correctionib<sup>9</sup> æq; puniantur a decanis ac si absentes a precibus vespertinis fuissent. Quod ut commodius fiat quinq; aut sex socii a magistro et senioribus assignentur qui hoc legendi officiū singulis quibusq; Dominicis et festis diebus persequantur, ut cum aliquis concionatoris locus vacuus fuerit ex illis eligatur aliquis qui hæc prædicta omnia perlegerit, et n̄ illis ad docēdum bene instructus fuerit: Sic non omnino rudis ad concionandū venit: et his religionis nostræ bene jactis fundamētis bonā in Christo ædificationē construet. Quoties autem concionatorū locus aliquis vacaverit: volumus ut magister et seniores inter se consultant quisquā e sociis prædictis ad hoc munus eis visus fuerit magis idoneus, et ei statim judicetur per eos ut concionem paret intra sacellū nulla prius pulsata companula, corā sociis dicendā: Is ergo dicta concione, si velut idone<sup>9</sup> comprobabitur, eorū consensu deputetur in concionatorē; idq; proximo festo Michaelis aut Marci Evangelistæ succedente; id quod de domesticis qui socii sunt aut fuerunt intelligimus. Quod si reperiri nequeant intra Collegiū ad hoc munus idonei: vel si ii qui reperti fuerint mallent aliis studiis per statutis licitis potius exercere sese, tum volumus quosdā ex Universitate aut aliis locis qui velint et apti fuerint ad hoc officiū ascisci: ita tamē ut qui sic ex alienis assumendi sunt eligantur die electionis sociorū secundū modū et formā prout prædictū est in statuto de electione sociorū. Et eo facto vigore hujus statuti in numero concionatorū simul ac sociorū habeantur. Verū omnino sancimus ut quisquis in id officii fuerit assumptus nō rarius quam octies

octies in anno quocunq; maluerit loco, præterquã ubi forte ipse curã gerit ad plebem concionetur. Sed et postquã per unũ annũ fuerit exercitatus præter illas octo conciones alibi dicendas, volumus ut semel ad minimũ in anno privatã concionem habeat, sine ulla campanæ pulsatione. Aliam autem publicã intra sacellũ domesticum aut alibi dummodo fuerit intra præinctũ Collegii sic ut major quã in sacello fieri possit populi concursus singulis annis aliqua Dominica seu festo aliquo alicujus sancti hora quæ maxime ipsi magistro aut eo absente decano theologiæ commoda videbitur concionẽ habeat. Cujus concionis præmonitionẽ fieri volumus omnibus qui velint accedere p̄ aliquãtã campanæ pulsationẽ ante sermonis initiũ. Has autem domesticas conciones tam publicas quã privatas ita distingui volumus ut singulis cujusq; anni quartis (præterquã pestis tempore, quo juxta harũ ordinationũ formam a Collegio abesse licuerit) tres conciones publicæ et totidem privatæ domi habeantur, initio facto ab eo concionatore qui cæteros senioritate antecedit atq; ita descendendo usq; ad ultimũ, ac deinceps cujusq; vice absoluta ad primũ de integro redeundo. Si quis hunc concionandi ordinẽ nõ servaverit is sex solidis et octo denariis mulctabitur. Et si quis concionatorum intra annũ in propria sua persona bis ut prædicatur nõ fuerit concionatus etiam communi victu per mensẽ anno finito privetur. Et si nec intra mensem illũ in propria persona id perfecerit is expleto illo mense sodalitis sit privatus ipso facto. Et quoniam ardua sane res est et functio sublimis divini verbi prædicatio volumus ut concionatores isti muneris sui obeundi licentiam juxta regni nostri leges et statuta sibi impetrandam curent. Porro haud prohibemus quin et alii socii suã concionibus operã impertiant modo velint et idonei visi fuerint. Sed tot duntaxat quot ante diximus libertatibus iis potiri volumus quæ sequuntur dummodo certiorẽ faciant magistrũ Collegii in scriptis quibus in locis dictas octo conciones peregerint ad quas superius tenentur. Prima est quod ex Collegii bonis quamdiu nulla perpetuitate donatus fuerit, ultra emolumẽta cuiq; socio in statutis limitata subsidiũ unius marcæ sit recepturus. Deinde qd pro singulis dictarũ concionũ habitis communẽ victũ unius hebdomadæ cuiq; volumus allocari. Tum quod a Collegio absentia potestatem illis concedimus ultra quam aliis sociis concedimus per spaciũ octo hebdomadarũ, exceptis etiã illis diebus quos in statuto de exitu ab Universitate pro concionibus Londini habendis illi concedimus. Postremo quod liceat unicuiq; eorũ promotionẽ vel promotiones habere prout inferius in statuto de promotione et causis deserendi Collegium decernimus. Nemo autem credat has libertates sibi concessas esse ut velut fucus in alvearibus laboribus aliorũ victitet. Nunquam enim fuisset nisi fructũ inde speraremus uberiorẽ suboriturũ. Cæterũ nec officiũ istud quisquã e sociis arroget sibi ratione cujusquã senioritatis nisi magistri, majorisq; partis seniorũ judicio fuerit ad hoc ascitus, quemadmodũ statutum de electione præsidis &c. præscribit seniorem eligendũ. Quod si contingat eosdem esse et seniores pariter et concionatores nihil repugnamus.

---

### De Sociorum et Discipulorũ exercitamento scholastico et sermone Latino. Cap. 23.

---

POST Dei cultũ doctrinæ studio operã dare cunctos omnino volumus. Et quoniã a theologiæ fidei fundamentũ manat sacræ theologiæ studiũ et exercitiũ iis omnibus peculiariter commendamus, quã sibi velut metam studiorũ suorũ proponant. In philosophia tamen et bonis artibus quibus ad theologiã itur et sine quibus hæc haud facile comparatur, singulos juxta morẽ Univ'sitatis initiari volumus et erudiri. Statuimus igitur et ordinamus singulis hebdomadis uniuscujusq; termini, capiendos terminos secundum præscriptos dies statutorum Academiæ tres

intra Collegiū disputationes (nisi forte illo die aut crastino illi<sup>9</sup> diei quo disputaretur aliquis dies festus inciderit) a sociis post cenā nisi aliud tempus magis commodū fore aliquādo magistro, aut eo absente moderatori illi<sup>9</sup> disputationis videbitur diligenter observari, easdemq; protrahi per duarū horarū spacium. Et tum moderator disputationis quæstiones determinet cum justa sententiæ suæ explicatione et causarū quæ illū in hanc sententiā impellūt recitatione, unā die Lunæ semper in philosophia, alteram die Mercurii in philosophia vel theologia, hoc videlicet pacto ut si ambo qui disputaturi sunt studeant theologiæ aut ambas quæstiones aut unam saltem disputent theologicā; sin minus utramq; philosophicā, tertiam deniq; die Veneris semper in theologia. Unū autem est quod ab omnib<sup>9</sup> qui pro problematibus observandis deputantur observari volumus: nempe ut non sæpius quam semel in anno unā eandemq; questionem in disputatione discutiant nisi ex rationabili causa magistro aut eo absente præsidi et moderatori illius disputationis frequentius eadē quæstio ventilanda esse videatur. Proviso tamen ut in septimana præcedente vespertas et incæptiones solennes in Univ'sitate et cum quis publice in theologia vel philosophia in scholis vel disputaturus vel responsurus est, semel atq; iterū illi qui problematis cursū domi ordine suo servant cogantur eadem in problemate domi diligenter tractare ut instructiores et paratiores ad publicas disputationes, cæteri accedant. Nullo enim modo permittimus ut quisquam in hoc Collegio disputationes et exercitationes publicas, ad quas in scholis tenetur nisi in propria persona conficiat, aut si forte per causam a magistro et seniore decano approbandam impedit<sup>9</sup> fuerit nequaquā per aliū quā per unū ex hoc Collegio illud efficiet. Volumus præterea ut singulæ quæstiones discutiendæ per triduū ante in aula dicti Collegii publice in schedulis conscriptæ in locis congruis affigantur. Pro quibus diligenter observandis univ'sū sociorum numerū in tres manipulos pro decanorū et primarii lectoris prudentia et arbitrio parti volumus, et unumquemq; manipulū ad unā disputationē hebdomadatim observandā obligari, opponens vero seu respondens erit quisq; pro cursu et ordine suo, sic ut nemo sociorū cujuscunq; manipuli fuerit cursum prætermittat suū, nisi justa causa fuerit præpeditus per magistrū aut in ejus absentia præsidem et unū decanū aut lectorem si in ejus manipulo fuerit, approbanda. Nolumus tamen ut is socius præpeditus effugiat penitus quin alio tempore quamprimū ipsum impedimentū cessaverit toties opponat et respondeat quoties antea suum ordinem prætermiserit. Reliqui vero omnes quotquot illius manipuli fuerint respondentem objicient quatenus moderatori illius problematis videbitur. Nec solū disputationi suæ quicumq; medii aut infimi manipuli fuerit volumus per totam adesse verū etiā proximi et superioris manipuli disputationi, nisi forte ex causa rationabili abfuerit per moderatorem illius disputationis approbanda. Moderatores autem harū duarū disputationū erunt ipsi duo decani, tertiæ autem principalis lector. Singulis quibusq; diebus Lunæ post cenā hebdomadatim inter socios habendæ disputationi quæ a sociis habebitur nullos e discipulis adjungi volumus, sed solos socios et eos pensionarios qui in sociorū convictu fuerint observare; qui non solū intererunt ut auditores, verumetiā cursus disputationū ipsi servabunt et respōsori juxta morem opponent. Illud autē diligenter observari volumus ut socii, et discipuli, pensionarii, sizatores et subsizatores, sive problemata observaturi, sive declamaturi sint aut alios quoscunq; actus scholasticos facturi in sacelli superioribus subselliis aut ad aulæ latera remote admodū stent aut sedeant quo clarius et audibilius loquantur et contentionem vocis in dicendo exercent. Adjicientes etiam ut principalis lector jubeat et rogat bachalaureos proponere suas argumentationes ut voluerit nō servato ordine disputantiū aut materiā, sed quandoq; juniorem ante seniore, quandoq; e conv'so et interdum in secunda quæstione prius quā disputetur et dissolvatur prima, quocunq; ordine voluerit, ut nō uno telo sed pluribus progrediantur armati. Et plerumq; cogat quem viderit aut suspicetur torpentem ea quæ a cæteris dicta sunt recitare, et quæ fuit respōdentis aut aliorū solutio explicare ut otiosi non dormitent. Ipse autem lector in fine problematis quæstiones agitata determinabit, et argumenta controversa et nō satis bene a respōdente soluta dissolvat et vim questionis utriusq;



ad extremū explicabit. Et hoc item faciant decani et duo sublectores cum suis auditorib<sup>9</sup> et cū suis manipulis. Qui autem ex auditoribus in iis cōtumax, negligens, aut tardus et minime advertens reprehenditur per magistrū, præsidem, aut unū decanū, aut eorū deputatos usq<sup>;</sup> ad emendationem eorū iudicio condigna castigetur. Quod si crebrò similiter absq<sup>;</sup> ulla emendatione deliquerit, tunc juxta formam in capitulo de subtractione convictus descriptā prædictorū judiciis puniatur. Disputationibus omnibus quæ magistri iudicio et seniorū ad bachalaureos pertinebant nō solum iis qui domi fuerit verū etiā publicis bachalaureos omnes et singulos adesse jubemus. Quod si prædicti manipuli sufficere sociorū numero non videbuntur tunc juxta discretionem magistri et majoris partis seniorum plures manipuli sociorū et eorū moderatores constituantur, qui etiā prædicti statuti formam per omnia observabūt. Statuimus etiam et ordinamus ut singulis diebus Lunæ, Mercurii, Veneris si dies profestus et nō intercisus fuerit, sophismata a discipulis, pensionariis, sizatoribus et subsizatoribus observentur ita ut pro numero discipulorū et majore exercitatione si ita utile discipulis ipsis et conducibile fore magistro Collegii, senioribus, decanis, aut eorū deputatis, vel eorundem majori parti visum fuerit, eorū numerus in duas aut tres partes dividatur, aut si melius et utilius supra nominatis videbitur in unum tantum cœtū congregatus sedeat et sophismata observet. Quod si tria sophismata observanda prænominati arbitri existimārint, et discipulorū prædictorū numerū in tres partes aliquando esse dividēdū: tunc ipse lector principalis sophismati per unam illarū partium atq<sup>;</sup> ab hora quarta post meridiem ad horā quintam agitando, exercendo, examinando præerit continuus auditor. Reliquis vero duobus sophismatibus quæ eadem hora tractāda sunt locis per magistrū deputandis sublectores præesse volumus, discipulisq<sup>;</sup> examinandis omni studio intendere. Quod si duo sophismata observanda præfati arbitri præscripserint, tum alter eorū principalis lector præsit; alteri autem sublectores ordine et vicissim intendant. Si vero ab universo discipulorū cœtu ex sententia prædictorū hac in re arbitrorū unū tantum sophisma observandū decernatur, tum illud principalis lector aut in illius absentia, cujus causa ob negotia et impedimenta magistro aut eo absente præsidī probabilis videbitur, sublectorū aliquis moderabitur. Et ut hæc sophismata vel sophisma cum omni diligentia et exercitatione observentur, idem lector et sublectores intendant et creberime cogant unū aut plures suorū discipulorū, omnes aut aliquot argumentationes cum earū solutionibus recitare ut sic intelligant quam attentas adhibuerint aures. Simili modo fieri volumus quātū ad exercitationem quā oppositiones vocāt a supradictis lectoribus singulis diebus Lunæ et Mercurii ab hora duodecima usq<sup>;</sup> ad primā vicissim audiendam. Præter hæc singulis etiā diebus Martis et Jovis erunt duæ problemata inter discipulos, pensionarios, sizatores et subsizatores a lectore et sublectoribus vicissim ad unius integræ horæ spatium post cœnā audienda quorū alterū in dialectica, alterū vero in philosophia, quæ modum problemata et sophismata int<sup>r</sup> discipulos prædictos observandi, etiam in magna vacatione haberi volumus. Singulis deniq<sup>;</sup> Sabbati diebus tempore quo magistro et majori parti seniorū magis oportunū videbitur, declamationes juxta morem Senecæ seu Quintiliani discipulis pro utraq<sup>;</sup> parte vicissim periclitantibus, intra terminū per medietatem horæ, extra vero terminū per horā lector principalis audiat. Exercebūt autem non discipuli solū in hac palæstra, verū etiā socii qui bachalaurei sunt, sic ut nemo sociorum nisi cum bachalaureo oblectetur. Neq<sup>;</sup> tamē singulos discipulos huic exercitio dare operā volumus, sed eos duntaxat qui decanis et lectori videbuntur aptiores. Bachalaureos at tamen omnes, tū socios, tum discipulos, huic declamandi muneri insudare jubemus. Quod si quis in hoc exercitationis genere deliquerit magistri seu in ejus absentia præsentis seu lectoris principalis iudicio corrigatur. Quin et magistris ipsis si qui velint sese in hac palæstra exercere, liberū esto. Demū post hæc omnia, diebus Lunæ, Martis, ac Mercurii ac Veneris magnæ vacationis tempore discipuli sophismatibus exerceāt ab hora nona ante meridiē ad horā usq<sup>;</sup> decimā ita ut singulis supradictis diebus singula sint sophismata lectori et sublectoribus ordine et per vices audienda. Quod si quis bachalaureorum sociorū discipulorū

aut reliquorum in prædictis vel eorū aliquo deliquerit veluti si tardius quā debeat ad declamationes problemata, oppositiones, sophismata, vel in toto absens fuerit, vel inde recesserit, aut demū si præsens nō diligenter auscultaverit juxta modū et formā descriptam puniatur. Cæterorū vero transgressiones et defectus qui in scholis publicis fiunt discretioni magistri, vel præsidis vel unius decani relinquim<sup>9</sup>. Cæterū prohibemus ne quisquā sociorū aut discipulorū, pensionariorū, sizatorū et subsizatorū in aula, sacello, et aliis locis hujus Collegii quibuscunq; alio eloquio vel idiomate quā Latino, Græco, vel Hebraico utatur nisi forsan ad extraneum tam Latini sermonis quam Græci aut Hebraici ignarū, et nisi in festis diebus et aliis temporibus judicio magistri aut eo absente præsidis et unius decani congruenter admissis. Si vero quisquā sociorū scholariū aut reliquorū prædictorū in præmissis, vel in eorū aliquo culpabilis inveniatur, toties obolo mulctetur. Et si consuetudine perseveraverit, tunc judicio magistri aut in ejus absentia præsidis vel unius decani, aut his absentibus eorū deutorū, gravius cōtra illum procedatur pœnas secundū eorū discretionem aggrayando et augmentando. Præterea si discipulus aut aliquis ex cæteris prædictis in præmissis vel eorū aliquo culpabilis inveniatur toties quadrante mulctabitur: si non adultus fuerit tum juxta decanorū discretionē virga castigetur. Et si consuetudine perseveraverit tunc judicio magistri aut in ejus absentia præsidis vel unius decani aut illis absentibus eorū deutorū gravius contra eum secundū eorū discretionem pœnas accumulando procedatur. Verū si discipulus ille graduatus nō fuerit nec decimū octavū ætatis suæ annū compleverit, tunc talis vel verberibus vel aliis pœnis condignis ad arbitriū magistri aut eo absente præsidis vel unius decani aut iis absentibus eorū vices in correctionibus supplentiū corrigatur.

---

## De tempore assumendi Gradus et sacros Ordines. Cap. 24.

---

CUPIENTES operarios bene meritos ad altiora provehere torpentes vero et desides aut abigere aut inglorios relinquere: statuimus et ordinamus ne discipulorū pensionariorū, sizatorū aut subsizatorū aliquis generalis sophista fiat nisi ejus habilitatem magister et principalis lector prius approbaverit: et ut cum generalis approbatus fuerit sophisma in scholis ordine et cursu suo quisq; observet. Sed nec quisquā discipulorū aut reliquorū prædictorū ad respondendum quæstioni priusquā per magistrū aut eo absente præsidem et per majorē partem seniorū cum consilio principalis lectoris fuerit approbatus, admittat, totq; ad minimū usuales terminos quot per Academiæ statuta requiruntur, intra Academiā compleverit. Statuim<sup>9</sup> etiam ne quisquā bachalaureus ante tertium annum completum incipiat regere in artibus, neq; ante illius anni finalē determinationē ad incipiendū admittatur. Sed neq; tamen ad hunc magisterii gradum quempiā aut sociorū aut discipulorū aut pensionariorū ascendere permittimus nisi prius duos posteriores libros de anima, aut duos de generatione, aut e quatuor libris de cælo et mundo, aut duos de quatuor iis qui de meteoris tractant, aut deniq; alicujus Græci aut Latini philosophi opus juxta magistri et seniorum assignationem domi nisi foris maluerit palam cunctis accessuris explicaverit. Et si forte plures fuerint qui sint hoc ipsum facturi nullis duobus permittatur ut eundem librū perlegant. Porro neminem post dimissam regentiā ad gradum bachalaureatus in theologia ascendere permittimus nisi postquā magistro et majori parti seniorū ad tantum gradum suscipiendū idoneus visus fuerit; neq; priusquā decem capita Novi Testamenti secundum assignationem magistri et majoris partis seniorū aut domi aut foris cunctis audire volentibus diligenter et enucleate exposuerit, sic ut triginta ad minimū lectiones ex istis decem capitibus faciat.

Neq;

Neq; ad incipiendū in theologia quisquā admittatur nisi prius viginti per ordinē capita Novi Testamenti simili modo, cunctis accessuris fuerit interpretatus. Quinetiam et illi qui doctoris titulo sunt insigniendi magistri et seniorum approbationem expectabunt. Proviso semper ut nulla alia lectio quādcunq; aut ubicunq; solenniter legerint pro cursu hoc legendi reputetur, nisi ea solū quā magister et seniores illi secundū hanc statuti formā ad assumendos gradus assignaverint. Quibus omnibus prohibitionibus ante dictis et statutis aut eorū aliquibus si quis sociorū aut discipulorum contraverit ipso facto Collegiū et omne jus quod illi inde competit amittat. Cæterū quicunq; ex discipulis ad aliquem gradū scholasticū quamprimū dicta Collegii statuta permittāt, actualiter promotus nō fuerit intra annū ex tunc proxime sequentē a Collegio dicto ipso facto amoveatur nisi ex causa rationabili per magistrū et seniores tempus prædictum differendum prorogādumq; videatur. Id quod etiā de sociis bachalaureis pro magisterii gradu in artib<sup>9</sup> suscipiendo per omnia intelligi volumus. Ad gradum autem bachalaureatus in theologia suscipiendum neminē ante septimū annū postquā inceperit regere in artibus compellere volumus: sic ut eo ad extremū anno gradū bachalaureat<sup>9</sup> in theologia quilibet assumat neq; longius differat sub pœna amissionis sodalitii ipso facto nisi magistro et majori parti seniorū ex necessaria causa aliter videat<sup>r</sup> idq; in unū duntaxat annū. Qui autem medicinæ dant operā ad incipiendū in eadem ante duodecimū postquā in artibus regere ceperūt completū annū sub prædicta pœna admittantur, nisi magister et major pars seniorū ob gravem aliquā causam longius eis tempus indulgendū censuerint. Volumus autem ut tam socii quam discipuli qui temporibus sibi in hoc statuto definitis pro quovis gradu assumendo ad eum gradū assequendū magistri vel præsidis et cæterorū prædictorū seniorum iudicio et sententia indigni et inhabiles comperti et indicati fuerint quarto mense illā reprobationē proximo sequente a dicto Collegio nisi interim sponte sua recesserūt per magistrum vel præsidem et majorem partem seniorū in perpetuū amoveantur. Porro magistri, præsidis, seniorum, principalis lectoris, conscientias in domino quātū possim<sup>9</sup> gravissime oneramus, ut in prædictis iudiciis, approbationibus, et reprobationib<sup>9</sup> et eos spectantibus omnem cœcā affectionem deponant ac duntaxat mores et doctrinā eorū qui gradū ambiunt respiciant. Statuimus insuper et ordinamus ut socius scholaris quicūq; (præsidente excepto quem ubique pro officii sui tempore cujuscunq; gradus extiterit semper volumus præferri) qui gradu aliquo scholastico superior fuerit præponatur cæteris consociis omnibus tam domi quā foris, in sacello, in consiliis, mensa, scholis publicis, vicis, concionibus faciendis, locis communibus tractandis et cæteris actibus scholasticis exercendis. Quod idem in discipulorū et pensionariorū gradibus et alia quavis senioritate sive generalitatis in scholis, sive admissionis observari volumus. Verū in cunctis rebus aliis

tā ad Collegiū quam ad Universitatē spectantibus quæ poterant iis vel emolumēto vel ornamento esse seniores socios et scholares juxta ordinē admissionū eorūdc in sodalitiū præferri volumus quaten<sup>9</sup> per statuta alias permittitur. Ad hæc statuimus et ordinamus ut socii qui magistri artium fuerint nisi intra sex annos in eo gradu plene confectos presbyteri ordinentur tunc sodalities suo sint ipso facto privati †, exceptis illis duobus sociis qui iudicio magistri et majoris partis seniorū studio medicinæ sunt destinati. Illi tamen duo socii medicinæ studio deputati et si qui alii socii sint aut posthac fuerint qui ex aliqua fundatione aut quavis alia ratione ad suscipiendū præbiterii ordinē intra sex annos prædictos cogi nō poterūt, post illos sex annos elapsos ineligibiles omnino erunt ad aliquod officium gerendū in Universitate quādiu societate suā sic tenuerint.

† Statuta II. §. sic.  
Si qui præterea etiam Sociorum artis medicæ fuerint periti, quq; artem ipsam profiteantur, eosdem illo statuto ut socii natiuntur, ligari volumus.

Correct. marginal sic.  
Duos autem e sociis, si artis medicæ iudicio magistri et seniorum periti videantur, et artem ipsam profiteantur, hoc statuto ut socii natiuntur ligari volumus ‡

\* Sic.

Manu T. B.

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

De Modestia et Morum honestate colenda.  
Cap. 25.

CUM nihil sit quod literatis viris plus adferat ornamenti quã modestia et morũ integritas: idcirco statuimus et ordinamus ut inferiores omnes erga superiores submisse se ac reverẽter gerant: discipuli erga bachalau- reos, bachalau- rei erga magistros artiũ, et illi erga bachalau- reos theologiæ et doctores, omnes tum erga magistrũ tanquam summũ moderatorẽ, tum erga octo seniores tanquã patres et primarios viros. Quod si qui in hac re peccasse convincantur pro arbitrio magistri aut eo absente præsidis aut in ejus absentia senioris decani castigentur. Pensionariorũ et disci- pulorũ nemo neq; in aula neq; in area aut alibi intra Collegiũ præsente artiũ magistro aut superioris gradus aliquo operto capite sit nisi in sociorũ com- meatu fuerit. Nemo sociorũ vel discipulorũ vel reliquorũ in Collegio ætatẽ degentiũ ædes suspectas aut infames frequentet; ter a magistro admonitus, ni abstinuerit Collegiũ amittat. Seditio- nis domesticæ, detractionis, dissentionis aut rixæ autores primo tempore com- meatu menstruo, secundo trimestri puniantur, tertio Collegio, judicio ma- gistri aut eo absente præsidis et seniorum vel majoris partis eorundem expellantur. Omnes lites domesticæ intra Collegium et cognoscantur et dijudicentur. Qui foras aliquem in jus vocaverit sine consensu magistri, aut eo absente præsidis et majoris partis seniorũ Collegio amoveatur: dis- sentiones inter socios discipulosve ortæ intra biduũ si fieri possit a ma- gistro aut eo absente præside sedentur: sin fieri nequit quatuor socii per dissentientes eligendi cum magistro aut eo absente præside litem audiant, eamque cum æquitate dirimãt, et quã illi omnes vel magister aut si is absit præsides cum duobus sic electis sententiam tulerint, ni ea conquiescant dissentientes: qui secus fecerit Collegio privetur. Lis verò inter magistrũ et sociũ unũ aut plures orta à præside et reliquis senioribus aut si præsides unus litigantiũ sit a socio tunc maxime seniore qui unus litigantium non sit et cognoscatur, et si fieri potest tranquilletur. Sin intra biduum hoc fieri nõ potest ad præpositũ Collegii Regalis, magistros Collegii Trinitatis\* et Christi per duos socios utrumque eligendos lis deferatur. Proviso ut si dicti Collegiorũ præfecti aut eorũ aliquis abfuerit, cujusq; absentis vicem suppleat proximi Collegii præfectus qui domi tunc fuerit; juxta ordinẽ Coll: in Academiae statutis ad finem capitis 49 expressũ. Et quod duo ex illis statuerint juxta formã statutorũ Collegii aut leges regni nostri id ratũ esto: qui non paruerit Collegio amoveatur. Statuimus porro mandamus et hortamur ut M<sup>r</sup>, socii, et discipuli et cæteri in Collegio degentes concordia, unitatẽ, pacem, et mutuam inter ipsos charitatẽ pro virili alant, foveant, et observent, scurrilitatem et ob- scena verba, scommata, susurra, probra, scandala verbo vel facto omnino vitent. Quod si quisquã in his deliquerit, arbitrio M<sup>r</sup> et majoris partis octo seniorũ puniatur. Quod si ter pro illis castigatus non se abstinuerit Collegio expellatur. Quinetiã statuimus ne quis Collegii muros transiliat: qui semel fecerit com- meatu trimestri; qui bis Collegio amoveatur. Si quis præterea multum frequentet oppidũ, primo a magistro aut præside admoneatur, secundo menstruo com- meatu careat. Quod si tertio deliquerit per magistrũ cum consensu majoris partis seniorũ Collegio privetur. Nemo autem intra Universitatem chartarũ ludo domi vel foris nisi duodecim diebus natalis Christi, idq; solũ in aula utatur. Qui in hoc deliquerit primo a magistro aut præside admoneat<sup>o</sup>, secundo com- meatu menstruo privetur, tertio delinquens per M<sup>r</sup> cum consensu majoris partis seniorũ ut præfertur Collegio moveatur. Nemo canes, viverras, accipitres quales- cunq; aut aves vocales in Collegio nutriat teneatve, neq; aucupio aut venationi immoderate sit deditus; qui contra fecerit puniatur ut supra- dictum est. Nulli lusus a discipulis in area aut hortis Collegii sint: baccha- laurorũ item ac discipulorũ aut pensionariorũ, sizatorũ aut subsizatorũ nulla fiãt in area conventicula, neq; ibi colloquẽdi causa morã faciant,

\* Præfide  
S. et Indu-  
nitatis.  
Ita not:  
Statut. H 8

Alea ne c  
Indst, neve  
aut ludis veti  
alcas declar  
tuperet — S.  
ludo Philosop  
tivitatus temp  
ludant.  
Ita notæ m  
Hca. 8. †

neq;

neq; in aula nisi tempore merendæ simul bibant et post prandiū ac cœnā ex aula sine mora decedāt sub pœna quatuor denariorū quoties deliquerint: nec quisquā prædictorū in oppido nec in alieno cubiculo, nisi petita et obtenta a magistro aut in ejus absentia præside facultate, aliquando pernoctet sub pœna menstrui commeatus pro primo delicto, et pro secundo trimestris, tertio si deliquerit Collegio moveatur per magistrū cum consensu majoris partis seniorū. Quod si ejusmodi causa inciderit ut nullo modo ad veniā petendā possit venire, tū si postea ad M<sup>rum</sup> aut eo absente præsidem intra viginti quatuor horas accesserit, suamq; causam illi declaraverit, isq; eam approbaverit, eū ne utiquā mulctari volumus. Statuimus deniq; ut nemo vel sociorū, vel discipulorū, vel reliquorū in Collegio degentiū chartarū ludo in aula aliisve locis tempore natalis Chrsti (quo tempore solum hic ludus permissus) ultra horam decimā noctu sub pœna commeatus menstrui utatur. Alearū ludo si quis usus fuisse deprehensus sit, post secundā admonitionē per magistrū aut præsidem ei factā Collegio per magistrū expellatur.

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College  
Cambridge.

## De Vestitu et Ornatu, deq; armis non gestandis. Cap. 26.

NIHIL est magis consentaneū, majorive laude dignū, quam ut quisq; ea veste sit ornatus quæ suo congruat ordini: Ut itaq; scholastici hujus Collegii discernantur a laicis, statuimus ut magister, socii, ac scholares omnes ac singuli dicti Collegii utantur tā in Universitate quā extra solis vestibus et ornatu clericis et viris ecclesiasticis et non aliis congruentibus longisq; togis et decenter collectis. Præterea ordinamus ut neq; socius aliquis aut discipulus utatur veste aliqua nisi quæ judicio magistri decora fuerit tam in substantia quā in colore pariter et forma et utendi modo. Adjicimus quoq; inhibentes omnino ne extra Collegiū aut intra utantur armis aut telis ullis invasivis aut defensivis, nisi arcu et sagittis et illis quidē duntaxat gratia recreandi: præterquā cum extra Universitatē ex <sup>secundum</sup> venia per stata\* concessa se conferant aut nisi aliqua occurrente causa necessaria per M<sup>rum</sup> seu eo absente præsidem et majorē partē seniorum prius approbata videbitur id fieri debere; quod si forsan quisquā sociorū aut discipulorū intra Collegiū in præmissis vel eorū aliquo hujus statuti transgressor inveniatur et super eo convictus fuerit, nisi a magistro aut eo absente præside monitus se emendaverit prima vice per septimanā, secunda per quindenā, tertia per mensem proxime sequentem convictu suo privetur: Quod si quartò deliquerit et rebellis et obstinatus in hac causa persistat a dicto Collegio præsentis vigote statuti ipsū exclusum et privatum decernimus ipso facto.

## De exitu ab Universitate et venia petenda. Cap. 27.

UT omniū quoad fieri possit in Collegio præsentiam eamq; continuā votis ardētibus affectamus ita et illud temperamentū adhibere volumus ut cum perfectionis necessitas aut major aliqua utilitatis honestatisve causa immineat ejus certo quodam ordine ratio habeat. Quocirca statuimus, ordinamus et volumus, ut si quis sociorū aut discipulorū dicti Collegii ab Universitate exire voluerit, causam suam justam honestam et veram magistro aut eo absente præside ejusve deputato ostendat et ab eodem petat proficiscendi facultatem quem nolumus in causa vera et honesta nimis difficilem esse et præcipue in vacationib<sup>9</sup>. His etiam additis quod quicumq; exeundi facultatem petierit scribat prius in registro apud magistrū vel præsidem, vel ejus vices gerentem, diem exitus et rursus diem reditus postredie quam redierit manu sua. Quod etiā observari volumus in omnibus

Nº II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

omnibus gratiis absentiae tempore petitis et urgente causa ultra dies limitatos in statutis concessis ut numerum dierum absentiae statim a reditu in registro praedicto scribat. In correctionibus insuper et punishmentibus sed seorsim a gratiis in eodem tamen registro idem observari volumus, ut cognoscatur frequentia et usus transgressionum quemadmodum absentiae dierum. Deinde ut dum absentes fuerint se gerant sicuti decet scholasticos et honeste induantur ut clerici nec tabernas frequentent, nec ulla domos quas cognoscunt male infamatas aut suspectas. Nec spectacula prohibita visant, aut ludos prohibitos aliave enormia exercent sed ubicunque sunt firmiter sentiant ac indicent Collegii jugum suis incumbere cervicibus ne eorum factum aut crimen in suum et Collegii ac Universitatis redundet dedecus, obloquium et scandalum. Nec liceat alicui praedictorum extra Collegium dictum in oppido Cantabrigiae suburbiis vel aliis locis minus quatuor millibus passuum a Cantabrigia distantibus seu intra intervallum praedictum cubare vel pernoctare nisi ex causa rationabili per magistrum aut eo absente praesidem ejusve deputatum intra biduum ante vel post approbanda. Quod si forte quisquam sociorum aut discipulorum in praemissis vel eorum aliquo arbitrio magistri vel eo absente praesidis culpabilis inveniatur prima vice per septimanam, secunda per quindenam, tertia per mensem proxime sequentem convictu suo privetur. Qui si quarta vice deliquerit a dicto Collegio praesentis vigore statuti ipsum exclusum et privatam decernimus ipso facto. Eodem modo puniatur qui quacunque ex causa extra Collegium praedictum et intra intervallum praedictum pernoctaverit et causam quamvis justam et rationabilem praedictis intra biduum ante vel post non indicaverit. Super quo si postea convictus fuerit, poenam statuti subeat pro pernoctatione et praeterea tantam et aequalem pro taciturnitate ejusdem. Hoc etiam adjiciendum duximus, ut nullus socius dicti Collegii in uno et eodem anno a festo Sancti Michaelis ad eundem diem revolutum semper supputando ultra octoginta dies continuos vel discontinuos nec ullus discipulus ultra quadraginta dies continuos vel discontinuos a dicto Collegio absit. Illis tamen diebus sive sociorum sive discipulorum absentia

quibus vel propter gravem corporis infirmitatem, vel violentam detentionem vel vim fluminis, aut tempestatis vel negotia Collegii aut pestis tempore aut ex causa et gratia in hoc vel aliquo alio capitulo similiter adnotata absentes fuerint in numero absentiae dierum minime computatis. Ita tamen ut qui aliquam praedictarum causarum ad absentiam suam excusandam allegaverit, eam intra biduum a reditu suo M<sup>ro</sup> aut praesidi ejusve deputato significet eandemque magister aut eo absente praeses ejusve deputatus et major pars seniorum intra viginti dies tunc proximae sequentes approbaverit. Non prohibemus tamen quin sociis et discipulis ex causis promotionis ipsorum, vel mortis aut gravis infirmitatis parentum seu praecipuorum amicorum, vel causis consimilibus urgentibus per juramentum petentium hujusmodi licentiam in praesentia magistri aut eo absente praesidis ejusve deputati majorisve partis seniorum affirmandis vel approbandis per eosdem concedatur certum tempus quo abesse possint, habito respectu ad causas, personas, intervalla locorum, et hujusmodi circumstantias. Sociis tamen qui sacerdotes sunt ad obsequium regis aut episcopi avocatis et accersitis per sex menses in eorum hujusmodi obsequio abesse potestatem et licentiam per magistrum et majorem partem seniorum, sed semel duntaxat in vita uni et eidem concedi volumus. Doctoribus quoque et bachalareis theologiae ad crucem divi Pauli aut Hospitale divae Mariae Virginis Londini publice praedicaturis et caeteris qui ibidem concionabuntur ex nostra gratia

concedimus, ut eorum uniusquisque quoties ad praedicandum in aliquo horum locorum cum consensu et auctoritate magistri vel eo absente praesidis, ejusve deputati proficiscitur toties decem dies abesse possit ultra dies eis alias quomodolibet per statuta concessos aut permissos non obstantibus statutis quibuscunque. Permittimus etiam ut magister una cum senioribus concedat quinque aut ad summum sex sociis quatenus ad aliquam Universitatem in transmarinis partibus studii gratia se conferant, sic tamen ut ex Collegii sumptibus nihil interea recipiant. Neque tamen volumus ut sodalitia sua prorsus amittant sed iisdem sine controversia quavis potiatur,

et

et in eodem ordine senioritatis quo prius fuerant qui primū redierint recipiatur, nisi forte quispiam eorū gessit officiū aliquod aut electus fuerit in quempiam ex senioribus ad hunc ordinē illū redire minime permittamus nisi fuerit denuō electus. Quod si quisquam sociorū legitime abfuerit cujus reditus ad commodū et honorem Collegii ipsi magistro, majorique parti seniorum videbitur summe necessarius ille si revocatus nō illico redierit, aut quam primū commode poterit nisi reddiderit causam quare non redierit ab eisdem approbandam societate quoq; sua sit privatus. Ita etiā licentiā quamcunq; sociis concedendam quocunq; progrediatur moderari volumus ut simul et uno tempore dimidia pars abesse non sinatur nisi ex maxima et gravissima causa quam conscientiis magistrī simul et seniorū relinquimus judicandam. Nullum tamen concionatorū hoc statuto sic arctamus ut necessum aut opus habeat nomen in registro scribere in proficiscendo aut redeundo si intra tridū ad Collegiū redierit, nec illud tēpus modo veniā petierit, p̄ absentiae diebus supra limitatis computamus.

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

## De Promotione et causis deserendi Collegium. Cap. 23.

UT non recipiantur in dictū Collegium transfugæ quī voluerint: neq; excludantur qui justa et honesta causa abfuerint habentes animum redeundi: Statuimus ut si quis dicti Collegii socius scholaris vel discipulus uxorem duxerit, aut matrimoniū vel sponsalia cōtraxerit, vel ad aliquod aliud Collegiū in Universitate Cantabrigiæ vel extra ut magister, socius, vel scholaris ejusdem electus et admissus fuerit: immediate omne jus et titulum quem in dicto Collegio habuit eo ipso amittat, et numero sociorū scholariū aut discipulorū ejusdem nequaquā annumeretur. Si vero officiū bedelli quispiā consecutus fuerit quia propter hoc officiū impediri eū a studio et retardari necesse est, tū expleto anni curriculo sodalitiū suū sine dilatione amittat. Qui autem ab ipso Collegio animo deserendi studiū decesserit (quod intelligi volumus esse factum eo ipso quod socius ultra octoginta dies, discipulus vero ultra quadraginta dies in anno cōtinuos vel discontinuos cessantibus causis in proximo superiori statuto notatis et juxta formam in eodem capitulo expressā approbatis ab Universitate abfuerit) eo ipso denegetur ei reditus et ex tunc ipso facto a dicto Collegio amotus censeatur (diebus quos doctoribus, bachalareis theologiæ, et cæteris ad prædicandū proficiscentibus in prædicto capitulo proxime præcedente et cap. 22, de his qui concionibus ad plebē, &c. concessimus in numero prædictorū octoginta dierum minime computatis). Et ut melius et liberius concionatoribus provideatur potestas sit eis unius vel præbendæ vel alterius beneficii ecclesiastici ad summū triginta librarū juxta ratā libri primorū fructuū et decimarū vel subsidiorū una cum sodalitiū suo omnibusq; ejusdem fructibus retinendi. Quod si vel duo beneficia vel unū beneficiū habeat cum præbenda, vel duas præbendas, vel duas promotiones ecclesiasticas cujuscunq; summæ vel unum solum beneficiū præbendā, vel ullā aliā dignitatem sive promotionē ecclesiasticam quæ summā supra demonstratā superet post annū quā pacificā possessionē ejusdē adeptus fuerit, aut per eū steterit quod minus adipisci potuerit omni dolo cessante completū loco suo in dicto Collegio cedat sodalitiūq; suū cum omnibus fructibus et commodis ad idem spectantibus amittat. Statuimus præterea si quis sociorū qui non sit concionator beneficiū curatū cujuscunq; summæ aut præbendam, annuitatē, sive pensionem annuā quæ summā decē librarū annuatim excesserit, aut possessiones aliquas hæreditarias dictam summā excedentes aut stipendiū sive feodū pro toto vitæ suæ tempore duraturum quod eandam summā superaverit adeptus fuerit, idq; vel per juramentū ad hujusmodi socio vel discipulo (magistro exigente) sine omni fraude et dolo præstandum, vel alio quocunq; legitimo modo constare possit: annuo spacio post hujusmodi adeptionem completo loco suo in dicto Collegio

Collegio amoveatur. Magistrū vero dicti Collegii propter aliqua beneficia ecclesiastica, redditus vel proventus ecclesiasticos vel temporales, cujuscunq; valoris existāt per ipsum obtenta vel obtinenda ab officio magistri amoveri volumus, vel privari: dum tamen in dicto Collegio juxta formā in ejus juramento præscriptā resideat, officiumq; suū juxta statutorū dictorum exigentiam gerat et debite exequatur. Quod si negotiorū Collegii aut alterius cujuscunq; causæ prætextu aliter vel diutius a Collegio abfuerit quā hæc nostra statuta permittunt eo ipso ejus officiū in Collegio vacare decernimus: ac præsidem ac cæteros socios ad quos electionem magistri pertinere in his statutis definivimus intra quindecim ad sumū dies post lapsum temporis ei ut permittitur ex statutis concessi et permissi vacationē officii publicare ac diem electioni novi magistri juxta dictorū statutorū formā præfinire, aliumq; novum magistrū eligere electionemq; usq; ad effectualē novi magistri possessionē et assecutionē prosequi in vim juramenti per p'sentes astringimus. Discipulorū vero quicunq; hæreditatē, patrimoniu, beneficium, feodum aut pensionē ad terminum vitæ duraturam cujus verus valor annuus quinq; libras ex-cesserit assequuti fuerint, aut in aliquod aliud Collegiū tanquā socii vel scholares admissi fuerint ipso primo die quo pacificā possessionem in aliquo hujusmodi vel ipsi vel alii ad eorū commodū et usum habuerint vel habere potuerint, loco in dicto Collegio ipso facto vacent, et alii in eorū loca juxta formā statuti substituantur. Nolumus autem ut ex hoc statuto quisquā ex his qui forte posthac ad vicariā aliquā per Collegii donationem promovebitur ausam accipiat commorandi in Collegio et absentandi se a vicaria sua, sed mox post completum annū ab acceptatione præsentationis ab ipso Collegio cunctis emolumentis ex Collegio prius deditis omnino careat & privetur ipso facto.

---

De convictu et comēatu M<sup>ri</sup>, Sociorum, Discipulorū et omniū ministrorū ac servientiū Collegii, et de computo singulis anni quartis.  
Cap. 29.

---

POST explicatā rationē quo pacto animos pasci volumus quibusq; studiis vegetari, consequens esse remur ut qui hominē totum in dicto Collegio alendū decrevimus de corporis quoq; alimento subjungamus. Itaq; volumus, statuimus et ordinamus pro comēatu magistri sociorū ac scholarū discipulorū ac omniū aliorū ministrorū ac servientiū Collegii in Universitate præsentū, nec non duorū famulorū magistri ut juxta ratam temporis præsentæ allocationes fiant de bonis Collegii ad rationē sequentem videlicet qualibet septimana duodecim denarii pro comēatu magistri allocentur. Singulis item sociorū qualibet septimana duodecim denarii. Pro comēatu autem discipulorū ex fundatione Dominæ Margaretæ proaviæ nostræ duodecim denarii, quod partim fundatrici ipsi partim honoratissimo Domino Burghley acceptū ferre oportet. Nam cum hactenus ex fundatione dictæ Dominæ Margaretæ septem tantū denarii qualibet septimana pro comēatu singulorū viginti quatuor discipulorū prædictorum allocabātur, honoratissimus Dominus Burghley, sumus Angliæ thesaurarius ac olim istius Collegii alumnus amantissimus annonæ charitatē hodiernam pie secum reputans quinq; alios denarios ad supplementū sustentationis dictorum viginti quatuor discipulorū hebdomadatim propriis suis sumptibus priori summæ benigne adjecit: unde effectum est ut dicta summa septem denariorum ad duodecim denarios aucta sit ut ex ordinatione dicti Domini Burghley inde cōfecta plenius apparet. Pro comēatu autem singulorū ministrorū nec non duorū famulorū magistri cæterorūq; ut prædicitur servientiū Collegii singulis septimanis septem denariū. Has omnes allocationū



allocationū summas per thesaurarios exponi volumus tanta industria, fide, et diligentia ut victui prædictorū honeste subministrando sufficere possint; ita etiam ut quod superfuerit ad utilitatem Collegii convertatur. Porro quanquam allocationes prædictas singulis hebdomadatim assignavimus, non est tamen intentionis nostræ ut quisquam prædictorū præter ministros et servientes Collegii vel illas pro arbitrio suo exponendas sibi vendicet, aut ad rationē illorū suū comēatū æqualiter cum aliis quibus æquales summæ assignantur exigat aut requirat alibi quā in mensa communi aut in cubiculo suo venia (ad hoc)\* prius a magistro aut eo absente præside petita et obtenta. Præterquā quod magistro permittimus si præsens in Universitate fuerit ut summā duodecim denariorū duobus vero illius famulis ut summā quatuordecim denariorū sive præsentibus in Universitate fuerint, sive non septimanatim percipiant quemadmodū eisdem superius pro comēatu assignavimus quamvis non intersint communi mensæ. Proviso semp ut qui ab Universitate aberint comēatū suo nisi aliter in his statutis provisum fuerit interea careant. Quorū absentia quanta fuerit per senescallū in singulis septimanis notabitur et eorū comēat<sup>9</sup> interea nisi forte propter difficultatē annonæ iudicio magistri et majoris partis seniorū absentium comēat<sup>9</sup> ad levandū comēatū domi præsentium traducendus videatur ad utilitatem Collegii cōvertant<sup>r</sup>. Quod si qui per integrā septimanā nō abfuerint, sed per unam diem aut plures tunc volumus, ut pro singulis diebus quib<sup>9</sup> domi intersint allocentur eorum singulis duo denarii magistro autem quatuor. Si vero quis per tres dies cuiq; refectio intersit integra fiet illi pro illa septimana allocatio, similiterq; magistro si per tres integros dies in Universitate præsens fuerit. Præterea ordinamus et statuimus ut duo thesaurarii qui pro tempore fuerint singulis anni quartis intra mensē a fine cujusq; quartæ computū suum fidelem et justum reddant de cunctis ad officiū et ad ministrationē suā spectantibus, quid expenderunt et quid receperunt, et quid aut Collegiū eis debeat aut vicissim ipsi debeant Collegio: nimirum ut ita liquidō præsentibus appareat quantum ad ipsos attinet verus Collegii status. Cui computo adesse volumus magistrū si domi fuerit et præsidem cum senioribus aut eorum majori parte et decanis. In illo vero computo si nullus error inventus sit merentur ipsi gratiā, sin minus † autem aliquis repertus sit is per præsentibus emendetur quatenus eis videbitur oportunū. Considerātes autem quam exigua sit summa illa pro magistri et sociorū comēatu prius assignata: propterea ultra et præter prædictas summas comēatus eisdem singulis hebdomadis si per tres integros dies domi commorati fuerint tres solidos cum quatuor denariis volumus allocari ita ut hebdomadatim inter socios dividatur quamdiu singulis obolum suppeditare possit. Sed et pro divi Johannis Evangelistæ festis adaugendū convictum præter hebdomadarū convictum et auctariū prius hebdomadatim concessum sociis quidem quindecim solidos, discipulos vero quinque solidos, pro utroq; horum festorū separatim allocari volumus. The-saurarios insuper prohibemus ut quamvis diversis septimanis in quovis anno excessus et detrimentū comēat<sup>9</sup> contingat, ne in finali computo anni amplior allocatio comēatus fiat ullo modo quocunq; colore quā supra exprimitur. Eisdem insuper thesaurarios. juramento pariter et scripto obligatorio cum duobus fidejussoribus idoneis magistro et senioribus astringi volumus pro ratione receptorū et recipiendorū respectu officiorū ad quæ respective deputantur ut quemadmodū ea quæ in finali cōputo supererunt fideliter reddant: ita et si quæ perdant intra unum mensem finalem computū proxime sequentem (nisi magister et major pars prædictorum ulterius tempus solutionis prorogari et deferri decreverint) solvere et restituere cogantur. Deniq; magistri et cæterorū omniū prædictorū conscientias ad judicandū et prosequeandū id, quod hac parte justum et rationi consentaneum crediderint quātum possumus in Deo oneramus, seclusis interim ira, odio, amore, et affectibus quibuscunq;.

\* *Manu recentiori.*† *Sic.*

### De mensis M<sup>ri</sup> et aliorũ. Cap. 30.

IN hominũ cœtu quantum ornamenti et splendoris obtinet ordine atq; gradu singula distribui tantum sane dedecoris accedere necesse est ubi summa imis, ima summis, absq; delectu confunduntur. Quæ cõfusio ut non in aula minus ac mensa quam in sacello et alibi evitetur mensas quoq; ipsas ex ordinũ varietate conditioneq; duxim<sup>9</sup> distinguendas. Quocirca statuimus et ordinamus ut ad principalem mensam et in superiori sede ejusdem aut ubi velit sedeat magister, et ad unũ cum eo ferculũ (nisi adsint extranei iudicio magistri præteredi sedeant alii item socii quos magister duxerit adscissendos; Magistro vero absente idẽ faciat præses aut in ejus absentia præsidis deputatus. Deinde etiã ad mensam principalem sedeant tot socii reliqui quot ad ejus mensæ completionẽ sufficiant. Ad primã lateralem mensã ex <sup>sinistra</sup> ~~dextra~~ parte aulæ sedeant reliqui discipuli graduati et sacerdotes etiã sine delectu & vendicatione loci. Deinde ad alias mensas ex utraq; parte sedeant discipuli nõ graduati et reliqui ministri Collegii: non tamen prohibemus quin interdũ ad omnes has mensas possit sedere extranei per se aut cũ aliis mixti secundum discretionẽ magistri aut eo absente præsidis vel ambobus absentibus præsidis deputati unius præterea thesaurarii et senescalli secundũ formã in his statutis descriptã. Poterunt etiã alii inferiores ejusdem tamen ordinis per senescallũ vocari ad aliquã mensã superiorem ad supplendum ferculi numerũ. Ad mensã vero potario et panario propiorem si id magistro et senioribus visũ fuerit conducibile sedeant duo thesaurarii aut eorũ deputati, senescallus aulæ et alter decanorũ. Quibus omnibus ad aulam per campanã hora debita convocatis volumus ut celeriter apponantur cibus et potus per discipulos et alios ad hoc deputatos. Nec liceat cuiquam ingredi potariũ aut panariũ præter M<sup>rum</sup>, præsidẽ, et thesaurarios, decanos, lectores puniendi gratia, et senescallũ, nec ibi aliquandiu sedere nisi ex causa approbata per magistrũ aut ejus locũ tenentem vel approbanda nisi aliquando extraneũ honestas cogat repente introduci sub pœna privationis convictus per unã diem p magistrũ vel in ejus absentia præsidẽ imponenda. Statuimus item ut nemo sociorũ, discipulorũ, aut pensionariorum in cubiculis prandeat cœnetve, nisi petita et obtẽta a magistro aut eo absente præside ejusve vicario copia: atq; ut nunquã supra duo fercula eodem tempore in cubiculis prandeant aut cœnant, excepto semper cubiculo magistri, nisi forte aliquis sic prandentium aut cœnãtiũ ægrotaverit, vel peregrinũ invitaverit, aut tempore nundinarũ Sturbrigiensiũ. Qui secus fecerit pro toto illo prandio aut cœna solvat.

### De Extraneis non introducendis. Cap. 31.

NE supervacaneis gravetur Collegiũ sumptib<sup>9</sup> aut frequenti hospitio impediatur studium, aurescatq; luxus, hoc Statuto prohibemus ne quisquam hujus Collegii socius scholaris vel discipulus aut ipse magister parentes fratres consanguineos vel extraneos unum vel plures ad sumptum dicti Collegii introducat aut cuiquã sociorũ scholarium vel aliorũ per extraneorũ introductionem inferat occasionem ut a studio impediatur aut in rebus aliquod damnũ patiatur. Permittimus tamẽ ut si ad aliquem prædictorũ parentes consanguinei aut alii amici accesserint, magistrũ aut præsidis aut (iis absentibus) præsidis deputati venia impetrata, possint in aula cubiculo vel cœnaculo sedere aut discumbere ad sumptus invitantiũ non Collegii, et sine cæterorum damno aut impedimento. Si tamẽ magister in Collegio præsens aut eo absente præses aut utroq; absente deputat<sup>9</sup> præsidis extraneos super superveniẽtes pro utilitate commodo et

et honore Collegii cum consilio unius thesaurarii invitaverit volumus ut invitatis in aula vel alibi intra Collegiū discumbentibus secundū discretionem magistri, aut eo absente præsidis et unius thesaurarii secundū eorū statū et gradum debite provideat. Et ne commeatus magistri aut aliorū per tales invitatos nimis onereatur volumus ut pro qualibet persona sic invitata ad ferculū magistri vel eo absente præsidis in aula sedentis, singulis vicibus, quatuor denarii distribuuntur ad ferculū, et ad mensam sociorum duo denarii: ad mensam discipulorum et famulorū unus denarius pro qualibet refectione, de bonis Collegii persolvatur. Quod si dies convivii aut lautioris apparatus fuerit, tunc amplius pro hujusmodi extraneo sedente ad mensam sociorum tres denarii, et ad mensam discipulorū duo denarii allocentur. Sin autem alibi quam in aula eum sedere contigerit, tunc secundum discretionem magistri aut eo absente præsidis, aut utroq; absente præsidis deputati et unius thesaurarii citra luxum et excessum eidem provideatur. Adjicimus quoque ut nulla persona, cujuscūq; gradus aut conditionis existat, intra Collegium dictum sine consensu magistri, aut eo absente præsidis, aut utroque absente præsidis deputati, noctu hospitetur, cubet, aut pernoctet. Si quis socius aut discipulus dicti Collegii contra formā hujus ordinationis ad pernoctandū intra Collegium quempīā admiserit, seu comestioni aut pernoctationi hujusmodi causam aut occasionem dederit, prima vice per septimanam, secunda per quindenam, tertia per mensem convictu privetur ipso facto. Et si postea in ea re transgressor inventus fuerit, pœna ipsa aut alia gravior contra eum debite aggravetur secundum discretionem magistri, aut eo absente præsidis et majoris partis seniorū. Cæterū ut nullam ignominie maculā Collegiū contrahat, nulla unquā fœmina nisi valde honesta, famæque inviolatæ, conclave vel cubiculū quodvis Collegii permittatur ingredi, nisi ex causa ægrotationis manifestæ, aut ex alia quavis urgētissima per magistrū, præsidem, aut ejus vices gerentem approbanda. Sed quoniam de extraneis superius mentionē fecimus, hic visum est docere quos extraneos vocamus. Eos autem omnes sic appellandos censemus quibus ex ordinationibus nostris et statutis vestes et commeatus nō sunt assignati, vel qui ad statuta nostra nō sunt adjurati. Ad socios tamen ruri agentes et alibi quā domi commeatum habentes, quoniā non ut meros domesticos nec ut extraneos (si quando in hoc casu ad urbem accedant) computamus. Proinde cum domū rure redeant, pro refectione quavis singuli, ne domi manentiū commeatum gravent, tres obolos tantum persolvent.

## De Cubiculorū distributione. Cap. 32.

AB aula discedimus ad cubicula ut quietis somniq; et studiorū receptacula. Statuimus igitur ut unusquisq; dicti Collegii in suo cubiculo se honeste gerat et modeste tam cum suo concubulario quā cū aliis vicinis, ut nullū quovis tempore a somno quiete aut studio impediatur per immoderatos clamores, risus, cantica, strepitus, saltationes, aut musicorū instrumentorū pulsationes. Et si quando ante ignem aut alibi animi recreandi causa cum aliis libeat conversari producat tempus cum moderato silentio in his quæ ad virtutem et doctrinā attinent neq; in his fient serotinæ

comessiones et potationes sed <sup>temperatæ</sup> moderatæ et sobriæ. Distribuēdorū cubiculorū potestas sit penes M<sup>rum</sup> nec quisquā cubiculū ut suū et propriū teneat nisi ante ab ipso magistro ad illud admissus fuerit. Ne tamen ex cubiculorū distributione controversia aut invidia oriatur seniorem secundum suū gradum juniore tam inter socios quam inter discipulos semper præferendum statuimus. Socii autem nunquā plures quam duo in uno eodemq; cubiculo simul habitare cogantur, quos tamen hoc statuto nō sic arctamus ut ad minimum bini socii in eodē cubiculo semper habitent doctori enim cuilibet et concionatori et unicuiq; ex octo seniorib<sup>9</sup> permittimus ut singuli soli cubiculū si velint cum duobus discipulis occupent et retineant. Discipuli quoq; nunquā plures quā quatuor in uno eodemq; cubiculo una

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

cohabitare cogantur. Licebit porro magistro, ut prædictum est, omnia Collegii sociis et discipulis assignare, nisi quod sublimius in turri cubiculū pro thesaurario, et unū pro ratiocinario computo, et aliis quæ ad clericum computi attinebunt, et unū item aliud pro tonstrina et aliis quibusdam usibus Collegii necessariis reservari decernimus. Magister vero Collegii cubacula quæ pro magistro constructa sunt in suos usus possideat. Mandamus insuper ut socii scholares et discipuli, omnes et singuli, quartumdecimū excedentes annum, bini vel singuli in distinctis lectis intra Collegium dictum jaceant et cubent, si a magistro et senioribus videatur cōgruū. Insuper volumus ut seniores iunioribus concubiculariis bene cōsultent et exhortentur et bonum eis præbeant exemplū in disciplinis erudiant, crebras transgressiones et errata si quæ fuerint eis denuntient, exprobrant, et objiciant, et si necesse sit ea magistro, præsidi, vel decanis quamprimū revelent. Et ut discipuli sociis in cubiculū a magistro semel admissi musæo et reliquis commodis ad cubiculū proprie pertinentibus cedant quāvis ante adventum socii ea illi possiderūt. Quod si quispiā quicquam in cubiculo vel extruat, vel reficiat, (non consulto et cōsentiente magistro aut in ejus absentia præside et octo senioribus aut majori parte eorundem) suo sumptu faciat: et cum decesserit Collegio sine ulla compensatione relinquat. Proviso semper ut nō obstātū præsentī statuto liceat magistro et majori parti seniorū cubacula vacantia illis pensionariis assignare quos in sociorū comitatū admissos tam Collegio quā Academiæ et ornamentum et emolumentum allaturos esse judicaverint, modo numerū triū cubiculorū non excedant.

---

### De pensionibus et stipendiis Magistri et aliorū. Cap. 33.

---

LIBENTIUS subitur labor cum respondet emolumentum, efflagitatque justitia ut bene merentibus justum reddatur præmiū et pro meritis augeatur merces. Statuimus igitur ut magister hujus Collegii qui plus cæteris est laboraturus majoresque adhibiturus curas et vigilias (quippe omniū magister et minister) pro suo salario annuo ultra ea quæ inferius assignantur, et quæ de jure statutorū et ordinationū hujus Collegii erit alias recepturus de bonis hujus Collegii ad quatuor anni quartas per manus thesaurarii quatuordecim libras, et duodecim solidos, viz. pro qualibet parte tres libras et tredecim solidos. Et pro duorum præterea famulorū stipendio quavis quarta 28 s. vi<sup>d</sup>. ob. recipiat. Habeat præterea magister hortum et pomariū et columbariū quæ cameris suis vicina sint, et locum pro statuto simul et clausurū tum australem tum borealem extra pontem sic ut nemini sociorū aut discipulorū in eis deambulandi libertas auferatur. Socii vero singuli singulis annis habeant pro pensione præter communem victum et vestem unā marcam ad quatuor anni terminos consuetos per æquales portiones per manus thesaurariorū persolvendā. Illi vero quatuor qui proaviæ nostræ Dñæ Margaretæ fundatricis socii inaxime seniores secundū admissionē sunt præter prædictā marcam quatuor marcas annuatim habebūt singulis anni terminis per dictos thesaurarios æqualibus portionibus solvendas. Inter reliquos socios fundatricis et socios aliorum subfundatorū qui unam tantum marcam præter communem victum et vestē quotannis habent (modo hii sacerdotes sint nec sit aliquis ex prædictos quatuor senioribus) duodecim libras de bonis Collegii dividi volumus secundū discretionē magistri et seniorum. Nemini tamen intra unius anni spatium ultra quadraginta solidos donari permittimus. Adjicimus præterea quod si quisquā sociorū scholarū aut discipulorū recipiat quicquā de bonis Collegii ad usum suū nisi quatenus ei per hæc nostra statuta conceditur furti criminis reus erit, nisi forte per quempiā aliū benefactorem aut benefactores provisam fuerit unde licebit aliquid amplius recipere, quod et itidem de magistro intelligi volumus si quod in usum suū ipse convertat. Statuimus etiā quod si quisquā inter socios sive scholares Collegii numeratus fuerit per dimidiū spatium alicujus quartæ percipiet stipendium integrū totius illius quartæ alioqui

alioqui nihil omnino pro illa quarta percipiet. Porro sex officariis, nempe præsi, duobus decanis, thesaurariis, et sacristæ distribui volumus singulis annis stipendiū in hunc modum. Imprimis, præsi quadraginta solidos ex thesauraria Collegii depromendos: decanorū quoq; singulis viginti sex solidos et octo denarios ex thesauraria Collegii sumendos: thesaurario autem seniori quadraginta solidos ex eadem thesauraria: juniore vero thesaurario ex thesauraria pro cantaria quondā apud ecclesiā sancti sepulchri quā vulgariter vocant rotundam ecclesiā quadraginta solidos: sacristæ deniq; ex thesauraria pro cantaria quondā apud sanctum Botolphū præter consuetas quatuor dieb<sup>9</sup> in templo oblationes quadraginta solidos: sic tamen ut uterque respectivè satisfaciatur compositioni de ea re factæ. Quibus stipendiis prædictos officarios quatenus ad eorū officia spectat contentos esse volumus. Præterea principalis lector domesticus præter et ultra stipendiū superius assignatum quatuor marcas recipiat. Sublectorum vero singulorū stipendium ad quadraginta solidorū summā augeatur. Singuli e quatuor examinadoribus itidem quadraginta solidos. Duo prælectores Hebraicæ et Græcæ linguæ singuli quatuor libras recipiant. Lector medicinæ ex fundatione Thomæ Linacri duodecim libras habeat. Manceps vero viginti sex solidos et octo denarios. Primus coquus viginti sex solidos et octo denarios cum cæteris emolumētis. Secundarius coquus pro stipendio tresdecim solidos et quatuor denarios. Lotrix quoq; unaquæq; quinque marcas. Quod si magister cum aliquo istorum conductitorū minori pretio quam assignavimus convenire poterit, id ei licere decernimus et declaramus. Et quoniā intelleximus damna nō mediocria Collegiis aliis evenisse ab extraordinario victu, quem sizationes vocant, statuimus ut nemo discipulus hujus Collegii supra summā pro singulis septimanis per magistrū, aut eo absente præsidē et majorē partem octo seniorū limitandam in sizationibus consumat. Et quo crebræ cōtentiones inter mancipem et convictores tam socios quā discipulos pro supputationibus facilius evitentur, volumus ut singulis quibusq; hebdomadis magister aut ejus vices gerens mancipis librū a senescallo scriptū exploret diligēter, an singuli convictores mancipi quæ debeāt omnia persolverunt: et si quempiā invenerint cujus nomen per mensem proxime præcedentē signo crucis haud quaquā insignitur, hunc non ante sinant communis victus esse participem donec mancipi plene satisfecerit. Quod si colore quovis manceps crucis notā cujusquā nomini inscripserit, is quatenus ad eam solutionē attinet, actione sua penitus frustretur quamvis posthac fuerit petituris.

---

### De Vestibus quas Liberaturas vocant. Cap. 34.

QUONIAM vestitu ipso nostros fraternæ inter se concordiaē admoneri volumus, et quia gravia professos gravis etiā decet ornatus et vestitus, propterea constituimus ut universi hujus Collegii socii summas vestas quas togas appellamus habeant honestas et gradui suo convenientes, et quantū fieri cōmode potest unius cujuspiā et decentis coloris. Pro quibus sibi quum opus fuerit comparandis volumus unicuiq; singulis annis per thesaurarios tresdecim solidos et quatuor denarios ex thesauraria Collegii depromendos dari ad festum Nativitatis beatæ Mariæ, nisi quibus benefactorum alicujus peculiari statuto alio tempore dari præcipiat. Magistrū autem permittimus veste uti cujus velit coloris gradui et statui suo convenienti. In quā cum voluerit emendam singulis annis viginti solidos ad prædictum beatæ Mariæ festum ex thesauraria per dictos thesaurarios accipiat. Quod si quisquā hujus Collegii magister aut socius scholaris locum quem habuit in Collegio ante festum Bartholomæi demiserit vel amiserit, is omnē prædictæ pecuniæ in vestē impendendam portionē amittat. Præterea alios viginti solidos pro liberatura famulorum magistri similiter allocari volumus.

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

## De Provisione pro Magistro et aliis ægrotantibus. Cap. 35.

QUO in majorē quispiā incidit miserā eo firmiori indiget auxilio, ne deploratus omnino pereat. Idcirco ne in dicto Collegio omni spe privetur, statuimus ut si magister hujus Collegii in ægrotationem inciderit, contagiosam veluti leprā, aut perpetuā insaniam propter quā oportebit et decebit ipsum ab officio amoveri, tunc ea extra Collegiū moraturo de bonis Collegii tresdecim libræ sex solidi et quatuor denarii annuatim ad quatuor anni quartas principales pro sustentatione sua fideliter persolvantur. Quod si vel in spiritualibus, vel in temporalibus, summā tresdecim librarū et quatuor denariorū vel amplius ad vitæ suæ terminum consecutus sit, nihil ex bonis Collegii recipiet quamdiu illā summā retineat. Et si quid post cessionem aut amotionem suā de bonis Collegii vel ante receperit, et ea usui suo applicuerit, per successorem suū statim ad restitutionem compellatur ut in suo juramento fuit astrictus. Sin autem prædictus magister Collegii labore aliqua impotentia aut infirmitate duntaxat temporalis (de qua per ipsius juramentum si id major pars seniorū exegerit fidem fieri volumus) interea tantum recipiat sive domi sive foris sit ac si sanus esset et domi præsens. Præterea si aliquem socium, scholarem, aut discipulū hujus Collegii sive domi sive foris graviter ægrotare idq. judicio magistri aut eo absente præsidis ejusve deputati et majoris partis seniorum intra viginti dies postquā convaluerit sufficienter probatum fuerit tantum durante sua infirmitate a Collegio recipiat quantum sanus et domi præsens ab eodē esset recepturus. Si vero magistrū socios et alios missos pro necessitate et utilitate Collegii, aut in negotiis ejusdem, infirmitate brevi, aut læsione alicujus membri, ut ex casu ex equo, similibusque fortuitis quæ verisimiliter ei nō accedissent, si in eo itinere aut negotiis nō fuisset laborare contingat, tunc sustentatio cōpetens ei de bonis Collegii ministretur secundum ejus statum et gradum et infirmitatis qualitātē, ac etiam

pro ejus curatione ac medicinis necessariis satisfaciāt secundū discretionē <sup>fiat</sup> magistri aut eo absente præsidis aut ejus deputati cum consensu majoris partis octo seniorum, dummodo tamen per evidentes probationes et justas prædictis constiterit quod infirmitas hujusmodi ficta nō fuerit vel facile et citius curari nō potuerit. Et idem infirmus quā cito equitare poterit ad Collegium redeat se M<sup>ro</sup> et cæteris officariis ostensurus, et tunc omnino cesset hæc subventio præter medicinas nisi quatenus in hoc statuto pro aliis infirmis est provisū.

## De vitanda Peste et Aeris contagione. Cap. 36.

CUM illis qui bonis literis se totos addixerint, non modo ea quæ ad animos præclare instituendos verumetiā quæ ad integrā corporis valetudinem tuendam necessaria sunt provideri debeant: Statuimus et ordinam<sup>9</sup> ut cum pestis, aut alterius contagiosi aut lethalis morbi vis ingruit, magister aut eo absente præses ejusve deputatus convocatis octo senioribus de majoris partis eorum sententia, potestatem sociis ac discipulis faciat se rus ad aliquem locum opportunum conferendi. Quod si repentina pestis aut lethalis alicujus morbi metus acciderit, unde in unū coacti de vita propter morbi contagionem periclitari videbuntur, tunc permittimus ut prædictorū consensu, sociorū et discipulorum cœtus ad triū quatuorve hebdomadarum spacium dissolvatur et singuli in diversa loca pro suo arbitrio secedant: ac pro illis hebdomadis com meatum ipsis debitum habeant, neq. dictum spacium in numero dierum absentiaē computetur. Post quod quidē spacium in unū denuo congregari (si id absq. periculo fieri magister, aut eo absente præses, ejusve vicarius, consentiente majori parte octo seniorū censuerit) et discipulos universo temporis spacio quo simul ruri manserint

manserint omnes actus scholasticos quos in Collegio tenentur observare et rei divinæ interesse et cætera obire volumus quæ Collegii statuta exigunt. Quibus toto illo tempore quo simul rusticatur lectorem primariū et juniorem decanū præesse volumus. Lector autem omnium acceptorū et expensorum rationem senescallo reddat ejusque munere vere fungatur. Decanus vero morum honestati provideat. Nulli sociorū aut discipulorū qui non ægrotaverit illo tempore quo simul discipuli ruri manserint comeatum concedimus nisi vel in Collegio vel cum discipulis versetur. Socii autem qui sunt magistri artium aut superioris gradus si octo aut plures simul sint etiā teneantur eo tempore actus scholasticos observare, bachalaureos autem et declamare et unum problema in singulas hebdomadas si terminus sit die Lunæ in philosophia inter se incipiendo a senioribus observari volumus, cui præsit lector primarius. Et nihilominus cum ad Collegiū redierint singuli in suo manipulo vices suas ubi desitum est expleant. Statuimus porro et volumus ut dum rusticantur discipuli, magister, aut eo absente præses, ejusve vicarius, senior decanus, senior thesaurarius, et sacrista in Collegio ad ejus conservationem maneant, aut socios idoneos per M<sup>rum</sup> aut præsidem ejusve vicariū et majorem partē octo seniorum approbandos in sua loca sufficiant. Promū vero superiorē, janitorem et coquū primū in Collegio similiter manere. Promum autem inferiorem et coquum secundum sociorū et discipulorū gregi rure inservire volumus.

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College  
Cambridge.

## De supervisione terrarū et computis faciendis.

### Cap. 37.

EXPERTI novimus reditus et proventus ex negligentia et incuria possessorū ruere et delabi, verumque est illud adagium quo quisque a sua re sit remotior eo propinquior est damno: quocirca ut in Collegiū hujus possessionibus nulla quoad fieri possit sit jactura, statuimus ut singulis annis post pascha sine magna dilatione fiat lustratio et progressus per magistrū et aliquem sociorū, vel per duos socios per magistrū et seniores approbandos (sic ut singulis annis diversi eant aut saltem unus quotannis muteatur) ad omnia maneria, beneficia, silvas, boscos, ad Collegiū pertinentia, in quibus magistro et majori parti seniorum hujusmodi supervisio videbitur necessaria, nec non ad pecunias Collegio debitas una cum arreragiis exigendas et recipiendas, et ut ruinosæ reficiantur et quæ superiori anno reparata sunt perspiciantur. In quibus quidem et aliis receptionibus quibuscunque volumus ut fiant de omnibus et singulis summis receptis mutux indenturæ inter receptores ex parte Collegii et firmarios et alios quoscunque solventes. Ac ut receptores hujusmodi intra biduū postquam ad Collegiū redierint thesaurariis easdem reddant indenturas et eis solvāt omnes et singulas summas sic receptas et eas tunc et ibidem inscribant vel inscribi faciant in magnis indenturis in præsentia magistri vel præsidis et unius decani: ordinantes præterea ut cum vel domus vel alia reparanda vel nova ædificia facienda sint illa non incipiātur ante primū diem Martii et finiātur aut cessent ante festum Simonis et Judæ ex tunc sequens (ædificationibus et reparationibus quæ commode absque dispendio Collegii differri nō possunt duntaxat exceptis). Fiat etiam singulis annis alius progressus post autumnū ad ea loca quæ videbuntur prædictis necessaria per unum sociorum, per magistrū aut eo absente præsidē ejusve deputatum et majorem partem seniorū eligendum: aut necessitate urgente per magistrū ipsum ad ea peragenda quæ supra requiruntur. Volumus insuper ut in eodem progressu autumnali aut postea per aliquem ex mandato magistri moneantur omnes et singuli forenses receptores, ballivi, firmarii, et alii computantes ne ignorātiā allegent et excusent de certo die Decembris aut Januarii assignato quo parati sint Cantabrigiæ in Collegio ad reddendum computum, redditusque solvendos nisi interdum ex rationabili causa per magistrū et majorā partem seniorum approbanda aliis temporibus et alibi fuerint facienda. Statuimus præterea ut per magistrū aut eo ex

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

causa urgentissima et rarissima legitime impedito, per præsidem, duos decanos, octo seniores aut saltem per majorē partem eorundem, et clericum computi extrinsecorum computi intra Collegiū Cantabrigiæ audiāt. Quibus completis statim omnes hujusmodi computi seorsim et particulariter in forma, et mundis membranis scribantur qui cum rotulis curiarū et aliis memorandis in ratiocinario aut tabellario reponantur in quadam cista aut ærario ut ex his evidentiæ et declarationes tam pro defensione maneriorū ecclesiarū et juriū quam de valore annuo eorundem de tempore in tempus valeant habere infuturū. Adjicimus quoq; ut post completionem hujusmodi computi fiāt duæ indenturæ in membranis omnes summos ex quolibet dominio et aliis possessionibus Collegii receptas ac etiā expensas et onera eorundem anno præterito continentes una cum arreragiis particulatim expressis, quarū una pars remaneat apud magistrum alia in manibus thesaurariorū proxime eligendorū usq; ad finem anni futuri, et tunc easdem reponi volumus in dicta cista aut ærario cum rotulis computorum conservandis ut sic singulis annis patere possit status Collegii. His hoc ordine peractis, et satisfactione facta cistis unde thesaurarii prius pecunias mutuati sunt, statim finalis computus omniū com meatuū dicti Collegii et aliarū expensarū extrinsecarū quarumcunque per thesaurarios fideliter et complete reddatur et per auditores prædictos et clericum computi audiatur et debite perscribatur et conservetur. Excrescentiæ quoq; illius anni ante electionē officiariorū in turrim perferantur, quo computo ut prædicitur reddito et conscripto statim sine mora aliqua ad sacellum Collegii magister et seniores per eum præmoniti conveniant et ibidem dicti thesaurarii claves omniū cistarū et custodiarum quarumcunque eis prius commissarū magistro Collegii prædicti reddant in signū resignationis et dimissionis officiorū suorum; quod idē statim post thesaurarios faciant alii officarii clavigeri omnes præter magistrum viz. decani deinde præses suisq; officiis decedant. Quo facto ad præsidis cæterorūq; officiariorū electionem procedatur veluti a nobis supra est denotatum ordine resignationis converso. Nulliq; liceat officiū sibi deputatum recusare aut simul duo ex dictis officiis gerere. Magister autem traditas sibi claves aliis ex senioribus custodiendas dabit donec recens officarii electi de officio faciendo jusjurandū acceperint. Proviso ut qui semel ad aliquod officiū intra Collegium electus fuerit is ante finalē computum illius anni ad aliud officiū incompatibile invitus minime eligatur aut admittatur. Lectorē quoq; publicum invitum vel nolentem ad aliquod aliud officiū intra Collegiū eligi deputari aut assumi nolumus ullo modo.

---

### De expensis eorū qui in negotiis Collegii emittuntur. Cap. 38.

---

NEMO militat suis stipendiis authore Apostolo, dignus enim est operarius mercede sua. Statuimus itaq; ut quoties Collegii magister ex majoris partis seniorum consensu ad negotia Collegii obeunda exierit, cum res id exegerit nihil amplius ei pro cunctis impensis allocetur quā pro singulis quibusq; diebus quibus ad negotia ultra Trentā exequenda proficiscetur decem solidi: quibus autem ad negotia alibi peragenda proficiscetur sex solidi. Pro diebus vero quibus abfuerit volumus ut intra biduum a reditu suo eisdē per seniores suppūtat allocationes ut dictum est per thesaurarios fiant. Quibus ipse magister sit contentus nihil amplius exigens de Collegii bonis absentiaē suæ causa. Quoties vero socius vel alius quicumq; ad negotia Collegii emissus fuerit considerata causæ et negotii qualitate, loci distantia, et aliis circumstantiis, arbitrio magistri, vel eo absente præsidis, aut iis absentibus præsidis deputati et majoris partis seniorū expensas habeat necessarias: ita ut socii et alii quicumq; corā prædictis personis fidelē reddant computum de hujusmodi expensis factis in veris et certis particulis sigilatim inscriptis intra biduū postquā redierint virtute juramenti ipsorū Collegio præstiti et sub  
pœna



pœna amissionis omniũ dictarũ expensarũ. Illud autem no\* incommodum duximus fore ut præter expensas quas in itinere necessariae consumpserint victus etiã communis duodecim denariorum propter gravem vestiũ ac petasorũ attritionem singulis sociis qui progressiones in superiori statuto memoratas faciunt allocetur. Quod si aut magister aut alius aliquis in propriis suis negotiis abfuerit, nihil ei eo nomine allocabitur, sed de suis non Collegii bonis interea vivat. In negotiis autem Collegii neminem unquã abesse censendũ declaramus nisi vel juxta statutũ progrediatur ad supervisionem terrarũ ac tenementorum, aut alias ex certa, expressa, et urgenti Collegii causa, de consensu magistri et majoris partis seniorũ emittatur.

Nº II.  
Statutes of  
St. John's College  
Cambridge.

### De custodia honorũ Collegii. Cap. 39.

BONA Collegii sive ad sacellum, sive ad bibliothecam, sive ad aulam, sive ad culinã, sive ad quam aliam partem Collegii spectent, omnia particulatim in duo registra referri volumus, quorum alterum in turri, alterum apud præsidem servetur, et quotannis per eundem et decanũ seniorem et juniorem thesaurariũ simul ac electi ac admissi fuerint, hæc duo registra renoventur: et quid et quomodo quidq; superioris anni amissum sit videatur. Si quid tale accidat in registris notetur, et is cujus negligentia amissum sit sine tergiversatione præstet: sin intra mensem non fecerit duplum reddat Collegio et usq; eo commeatu careat quoad id præstiterit. Præses autem, decanus prædictus et dictus thesaurarius si non intra mensem in hac parte suum officium fecerint commeatu usq; eo priventur quoad plene expleverint. Vasa aurea et argentea et si quid præterea pretiosum sit quod quotidianis usibus nõ subserviat in turri tuto conserventur nec unquã ex ea promantur nisi singulis rebus in registro eorũ manibus qui promunt descriptis: si quis libros e bibliotheca aut aliud quippiam ex bonis Collegii mutuetur, in dictis registris sua manu scribat et de iisdem reddendis fidem det. Qui autem non reddiderit eum aut duplũ solvere aut tantisper commeatu carere dum solverit volumus.

### De Cista et Sigillo. Cap. 40.

DE negligenti custodia plurimos audivimus conquestos, de vigilanti neminẽ, neq; major uspiam est adhibenda vigilantia quam in communi Sigillo. Statuimus itaq; mandantes ut sigillum commune Collegii in quadam reponat' et includatur cistula tribus seris obserata. Quo sigillo communi mandamus ut nihil unquam signetur nisi convocatis in sacellũ octo senioribus et octo præterea ex maxime senioribus sociis domi præsentibus. Quorũ omniũ si octo cum ipso magistro consenserint, sigillum scripto apponatur dummodo antea plene et aperte in altero registro viz. indenturarũ obligationũ acquietantiarũ et hujusmodi vel registro præsentationũ ad beneficia, admissionũ, electionũ, et taliũ (volumus enim habere duo) scribatur, et cum registro in sacello Collegii publicæ conferatur et perlegatur ac per ipsum magistrum cum dictis sexdecim sociis super hujusmodi scriptis mature et communit' deliberatum sit et ab ipso magistro et octo ex dictis sexdecim sociis approbatum. Sin min<sup>9</sup> res omnino infecta maneat. In quorũ præsentia dictum commune sigillum a parva cista prædicta in dicti Collegii sacello, et nõ alibi aperienda extractum hujusmodi scriptis apponatur. Alia autem literæ quæcunq;, obligationes, indenturæ, seu scripta cujuscunq; tenoris, quocunq; nomine censeatur prædicto communi sigillo aliter aut alibi sigillata omni careat robore firmitatis. Absq; consensu ipsius magistri nullum scriptum omnino obsignetur. Qui si abfuerit a Collegio, et præsi per literas potestatem alicujus scripti obsignandi fecerit, tum

scriptum illud (octo ex supra dictis cum præsidente consentientibus) ob-  
signetur. Quod si secus fiat per magistrum aut alios dicti Collegii omnes  
et singulos qui contra formam præscriptam sigillū commune prædictum  
aliquibus literis, obligationi, indenturæ, seu scripto aut albæ chartæ, seu  
pargameno vel membranæ nõ scripto cuiquã apposuerint et qui ad id  
faciendum consenserint præter pœnã perjurii quã ipso facto eos in-  
currere volumus ipsos à dicto Collegio privatos fore decernimus ipso  
facto. Et nihilominus ad satisfaciendum pro damnis et injuriis Collegio  
ea occasione illatis seu inferendis arctius remaneant obligati et ad hoc  
vigore nostri statuti teneantur. Sint etiã duæ cistellæ quæ cistæ mutui  
vocentur quarū utraq, tribus seris sit obserata. In quarū una quic-  
quid ex debitis fundatricis Collegii acquiri poterit reponatur propter quod  
et cistam fūdatricis appellari volumus. In altera vero cētū marcas  
ex quibus thesaurarii cum opus fuerit possunt à dictis ejusdem cistellæ  
clavigeris per modum mutui et per summarum sua ipsorum manu in  
magnis indenturis et registro ejusdem cistellæ cartaceo inscriptionem  
pecunias accipere. Quas pecunias mutuò acceptas vel tantundem ipsi the-  
saurarii in fine anni ante computum suum dictis cistellis plene et integre  
restituere teneantur. Sit etiã alia cistella majuscula tribus seris ob-  
serata, in qua reponantur omnes pecuniæ provenientes de excrescentiis  
commeatuū, et ex redditibus et proventibus Collegii in fine computi the-  
saurariorū quæ omnes pro litibus et placitis defendendis nec non pro  
possessionibus amplioribus acquirendis si oporteat tutissime conserventur.  
In qua sit unū registrū in quo in fine cujusvis anni scribatur quantum  
inferatur quantumq, in ea contineatur, ac quoties extrahendi occurrit  
necessitas inscribatur, summa extracta, cum causa et præsentium nominibus.  
Et uniuscujusq, istarū cistarū prædictarū claves inter se diversas  
habeant magister unã, præses aliam, senior decanus tertiam. Et hæc  
cistella pro placitis, et aliæ duæ, viz. ea in qua collocavim<sup>9</sup> sigillū, et  
una mutui, in qua debita fundatricis reposuimus in una majori et forti  
cista includantur tribus seris obserata, quarum claves servant duo thesau-  
rarii et decanus junior. Quæ cista major in superiore parte turris locetur.  
Ubi etiam reponatur alia cista magna valida, bene munita, ac tribus seris  
obserata, quarum claves servant magister, senior decanus, et senior the-  
saurarius, in qua custodiantur vasa et alia quæ nõ erunt quotidiano usui :  
quæ cista suū registrū habeat in quo scribantur omnia et singula in ea  
contenta ac etiam si quando ex urgente causa opus erit aliquid eorū inde  
extrahi scribantur in eodem dies et causa extractionis et restitutionis ac  
præsentium in extractione et restitutione nomina. Cæterum ostiū utriusq,  
nempe turris et thesaurariæ, duabus seris obfirmari volumus, ita ut duæ  
claves pro ostio turris inserviant etiã duabus seris ostii thesaurariæ,  
earumq, claviū custodes erunt magister et senior decanus. Sit etiã  
præter hæc una cista in thesauraria sub cameris magistri, duabus seris  
obserata, quarū diversas claves habeant inter se duo thesaurarii pro pe-  
cuniis de proventibus Collegii per eos receptis ibidem securius et tutius  
conservandis, et ad onera quotidiana supportanda, cum opus fuerit paratis :  
hujus autem tertiã clavem servet junior decanus.

---

## De Evidentiis, Munimentis, et Scriptis. Cap. 41.

UT autem si quando Collegiū provocabitur, ad arma et lites magister  
et socii semper sint parati, nec ad pugnam in aciem progrediatur inermes,  
statuimus ut eorū arma, hoc est, evidentiæ, chartæ, munimenta, et reliqua  
scripta in superiori camera turris ponantur in una cista magna valida et  
secura, tribus seris obserata, quarū diversas claves habeant magister, et  
præses, et theologiæ decanus. Conserventur etiã omnes chartæ regiæ,  
et aliorū dominorū, concessionibus episcopales cū processibus, appro-  
priationibus ecclesiarum, ordinationibus vicariarū, cæteraq, munimenta ori-  
ginalia, et ea quæ sunt majoris ponderis, excepta charta regia licentiæ fun-  
dationis prædicto, libro quoq, hoc originali statutorū omnium nostrorū  
tanquã

tanquam castigatore depravationis si quæ contigerit. Nam hæc tria in cista quadam valida tribus seris obserata separatim a reliquis prædictis scriptis in turri, aut si quis alius in Collegio locus tutior est, servari volumus. Hujus quoque cistæ claves diversas habeant magister, senior thesaurarius, et decanus theologiæ. In capsis autem in eadem camera collocatis, reponantur omnia regia transcripta chartarum regiarum et aliorum dominorum, computi thesaurariorum, et indenturæ magnæ arreragiorum. In aliis quoque capsis ibidem pro unoquoque comitatu confectis imponantur capsellæ lignæ includentes chartas, munimenta, scripta, computos, curiarum rotulas ad quodlibet manerium aut beneficium in eo comitatu pertinentia, rentalia, terraria cum limitibus (bundas appellant) quæ in duodecimo vel ad minus vigesimo quolibet anno renovari volumus, ut constet ubi distringantur cum opus fuerit, ut ne particula terræ majori adjuncta ab ea devoretur. Prohibemus insuper M<sup>o</sup> ac omnibus et singulis sociis Collegii, ne ad ostensionem evidentiarum seu earum exemplariorum sint nimis proni aut præproperi, præsertim in hiis quibus tangitur jus seu titulus possessionum Collegii, sed tantummodo sit ostensio hujusmodi cum deliberatione matura, cum ad hoc moveat urgens causa et necessaria valde cum etiã prudentium consilio in quibus præ cæteris confidunt, ut sic evitentur immaginations, inventiones curiosæ nimis, ac pericula quæ inde subsequi poterint.

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

## De bonis et possessionibus Collegii non alienandis.

### Cap. 42.

ACCUMULATORES potius exoptamus in hoc Collegio quam ademptores, raroque videntur aliorum compendia curare qui sua negligenter dispergunt. Statuimus igitur ut maneria, advocaciones, jurispatronatus ecclesiarum, terras, tenementa, redditus, servitia, nativos, solum vel aream ubi domus fuit, silvam aut boscum id est locum ubi crescebat, prata, pascua, pasturas, seu alia bona immobilia quæcumque Collegii spiritualia vel temporalia aut mixta nullo modo aut colore alienent, nisi forte contigerit eos habere domos in urbibus aut oppidis, aut alia ædificia (maxime molendina) quæ magnas semper requirunt reparationes, et parum terrarum, pascuorum, aut reddituum habent ad ea pertinentia. Talia nempe permittimus pro terris, pratis, pascuis, pasturis, et redditibus, concurrente consensu magistri, præsidis, et majoris partis seniorum et reliquorum sociorum Collegii permutari. Adjicimus quoque ut nihil prædictorum quorumcumque ullo tempore vel ad terminum vitæ cujusque aliter quam nunc prædictum est alienetur seu impignoretur. Nolumus præterea ut maneria et firmas (exceptis maneriis de Downecourte, Bleane, et Bromhall) cum suis pertinentiis, aut ecclesias appropriatas (præter rectortam\* de Higham) aut portiones ultra viginti annos ad firmam, aut alio modo alicui tradant seu dimittant nec perscriptum aut aliter ad ulteriorem dimissionem post lapsum dictorum annorum Collegium sub quovis colore obligent sub pœna perjurii ipso facto. In maneriis ac locis quibus terræ tenentur secundum consuetudinem manerii et servantur curiam observetur illorum consuetudo. Rursus si quæ terræ aut tenementa pervenerint in posterum ad dictum Collegium per escaetem sive forisfacturam, defectum hæredum, per donum vel emptionem vel alio modo illa possunt per copias secundum consuetudinem manerii vel indenturas (ut præfertur) dimitti; Indenturæ quoque cujuscumque firmæ et dimissionis inter magistrum, socios, et scholares ex una parte conficiantur sigilloque communi dicti Collegii et recipientis signentur. Et apponat hæc clausula in omnibus ejusmodi indenturis, quod hujusmodi tenentes terras, tenementa, beneficia, portiones, aut quæcumque alia ipsa vel aliquam partem eorundem non alienabunt, nec terminus ad tempus sic eis concessum, aut aliquam partem ejusdem termini aliis personis quibuscumque concedant seu qualitercumque tradent sine licentia speciali ac consensu magistri et octo seniorum prædictorum, aut ad minimum quatuor eorundem, et ad omnes particulas in hujusmodi indenturis contentas debite observandas prædicti una cum fidejussoribus in

summa

\* Sic.

N° II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

summa convenienti Collegio sint omnino obligati. Et si firma aliqua aut rectoria, aut possessiones cujuscunq; generis ad Collegiũ pertinẽtis cuiquã ex sociis Collegii vel discipulis directè vel indirectè aliquando forte locetur, statim ut syngrapha obsignata fuerit eum locũ suũ quem in Collegio obtinet amittere volumus. Et quanquam supra prohibuimus maneria, firmas, ecclesias appropriatas, et portiones ultra viginti annos per indenturas dimitti et locari: permittimus tamen ut areae, domus, ædificia in urbibus, oppidis, villis, et vicis, ac etiã horti, gardina, et hujusmodi particulæ minutæ per particulas aut pedes limitatæ possunt tradi vel dimitti ad quadraginta annos. Statuimus præterea ut magister et socii dicti Collegii nec pensiones annuas vel donativa libera aut corrodia aliqua ullo modo concedant: nec ad aliqua onera spiritualia vel temporalia Collegium in perpetuum vel ultra\* terminũ quadraginta annorũ obligent quovis modo nisi pro hujusmodi onere supportando sua indemnitate et interesse redditur et possessiones perpetuas ad omnia hujusmodi onera supportanda sufficientes pro Collegio prius adepti fuerint, et quiete possideant, ita ut quarta saltem pars reddituũ et possessionũ hujusmodi singulis vel plerisq; communibus annis in perpetuum ultra\* omnia alia onera de claro in omne ævum Collegio proveniat, ut cum viz: Collegium ad onus trium librarum obligetur volumus ut Collegio conferantur redditus et possessiones perpetuas ad valorem quatuor librarũ, ultra reprisas, singulis annis cõtinuis, vel saltem plerisq; atq; ita proportionabiliter nimirũ ut decrescentibus aut deficientibus citra culpã aut fraudem magistri et sociorũ illis redditibus et possessionibus decrescat aut deficiat pars oneris vel ipsum totum onus proportionabiliter respondens.

### De Collatione beneficiorũ. Cap. 43.

SI quod beneficiũ aut dignitas promotiove ecclesiastica cujus ad Collegium collocatio pertinet forte vacaverit: volumus illius præsentationem intra mensem postquã vacare cõstiterit socio secundum suũ gradũ maxime seniori, sive domi sive absens fuerit (qui nullum beneficium nec præbendam nec ullã ecclesiasticã promotionem habet) omnino conferri, si non gravissima forte causa per ipsum magistrũ et majorem partem seniorũ approbanda obstiterit. Quod si ei propter causam prædictam nõ conferatur, tum proxime senior habeat, nisi gravissima causa (ut supra dicitur) similiter obstiterit, et ita deinceps. Quinetiã si beneficium absente magistro cuiquã conferatur, et propter magistri absentiam præsentatio obsignari non poterit antequã donatio ad episcopum propter rei delationem devolvatur: tum volumus (ne ejus donationẽ Collegium pro illa vice fraudaretur) ut sigillum commune etiã absente magistro (aliquo alio statuto in contrariũ nõ obstante) præsentationi apponatur. Deniq; statuimus et ordinamus ut nulla unquã advocatio quã vocant alicujus beneficii, id est alicujus rectoriæ aut vicariæ aut cujuscunq; promotionis ecclesiasticæ, ad Collegium pertinentis, cuiquam ulla de causa detur aut conferatur.

### De Portis et Ostiis. Cap. 44.

A TURRI descendimus ad januã cui præsit janitor vigilans, a Jano bicipite dictus, ut ingredienti et egredientes prospiciat, ne intret suspicio exeat furtum. Statuimus igitur ut janua illa major quæ ducit ad prata sive clausuras Collegii continuò maneat clausa et serata nisi ex causa vecturæ fœni, lignorũ, carbonũ, lapidum, tegularum, aut aliorum necessariorũ ad Collegium aut inhabitantes. Ostium vero sive portula in ea a festo Sancti Michaelis usq; ad festum Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, circiter horam octavã post meridiem claudatur, et mane circiter horam sextam post preces aperiat. A festo vero Annuntiationis beatæ Mariæ usque ad festum Sancti Michaelis, circiter horã nonã post meridiem claudatur,

\* Sic.

claudatur, hora quinta mane vel circiter aperiatur. Janua vero magna et principalis sub turri nõ aperiatur nisi causa vecturæ aut mandato magistri vel præsidis, vel utroque absente, præsidis deputati: ostium vero sive portula in ea a festo Sancti Michaelis usque ad festum Annuntiationis beatæ Mariæ Virginis circiter horam octavã post meridiẽ claudatur, et mane circiter horam sextam (ut dictum est) aperiatur. A festo vero Annuntiationis beatæ Mariæ usq; ad festum Sancti Michaelis, circiter horam nonã post meridiẽ claudatur: hora quinta mane vel circiter aperiatur. Nec liceat dictum ostium semel clausum ante tempus statutum aperire, nisi ex causa rationabili per magistrum vel eo absente præsidẽ, aut ambobus absentibus præsidis deputatũ, et unũ decanum prius approbata, vel in crastino approbata. Claudantur præterea omnes portæ et ostia prædicta singulis diebus tempore prandii et cœnæ. Reliquæ etiã portæ et ostia illius Collegii si quæ fuit vel fuerit temporibus supradictis similiter claudantur. Claves autem dictarũ portarũ et ostiorũ in custodia magistri, et eo absẽte præsidis, et utroq; absente, præsidis deputati, interea (saltem noctu) remanere volumus.

Nº II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

## De modo procedendi contra M<sup>r</sup>u criminosũ vel alias inhabilẽ. Cap. 45.

HIS ordine dispositis ad errata quæ accidere possint pervenimus adhiberi quæ poterim<sup>9</sup> remedia, incipientes a magistro ut duce quo bono et provido ut nihil est utilius: ita imprudenti, inepto, indigno, criminoso nihil est detestabilius. Quocirca statuimus ut magister propter terrarum, tenementorum, reddituũ, possessionum spiritualium seu temporalium suã culpa diminutionẽ sive alienationẽ, vel propter detractationẽ sive ablationẽ bonorũ aut rerum ipsius Collegii illicitam, incõtinentiã notabilem, negligentiam intollerabilem, homicidium voluntariũ, furtum notabile, læsæ majestatis crimen, simoniã, usurã, aliamve causã enormem, nec non infirmitatem infectivam, contagiosam, & perpetuã, cujus occasione nõ poterit absq; scandalo officium suũ exercere, ab officio magisterii penitus admoveatur. Ad cujus amotionem hoc modo procedatur viz. ut statim vel saltem intra quindecim dies postquã aliquod prædictorum commiserit, vel in eorum aliquod incidit primo per præsidem, assistentibus et aliis duobus officiariis clavigeris et reliquis senioribus conscriptis dicti Collegii, vel saltem cum assensu et assistentia duarũ tertiarũ partium omniũ sociorum dicti Collegii (sic ut inter eos sint reliqui seniores conscripti) vel præsidente nolente aut negligente per decanũ theologiæ cum prædictorũ assistentia moneatur magister et rogetur ad voluntarie cedendum ab officio. Quod si sponte intra triduum cedere noluerit, tunc intra octo dies post hujusmodi monitionẽ præses assensu et testimonio omniũ sociorum dicti Collegii, vel saltem omniũ prædictorũ, modo aliquo prædicto sibi in magistri monitione assistentium: vel ipso nolente aut negligente dictus decanus theologiæ cum assensu et testimonio prædictorũ denunciabit Do. episcopo Eliensi, aut eo ia remotis agente, seu sede episcopali vacante, Cancellario dictæ Universitatis, aut eo extra Universitatẽ existente, præpositis Collegiorum Regis, Trinitatis, et Christi. Quod si dicti Collegiorũ præfecti, aut eorũ aliquis abfuerit, cujusq; absentia vicem suppleat proximi Collegii præfectus qui domi tunc fuerit juxta ordinem Collegiorum in Academiæ statutis (ad finem Capitis quadragesimi novi expressum) per duos aut tres socios ipsius Collegii seniores, cum literis aliquo sigillo authentico, ac signo et subscriptione alicujus notarii publici signatis, vel saltem loco sigilli authentici subscriptione dicti præsidis vel theologiæ decani et prædictorũ assistentiũ, et notarii publici signo communitis, causas, defectus, crimina, excessus, vel enormia magistri continentibus. Proviso ut omnes hujusmodi assistentes ac testimoniũ perhibentes, prius tactis sacrosanctis Dei Evangelijs, coram præside ac decano theologiæ ipso primũ id coram eis præstante, ac deinde a singulis eorũ exigẽte jurent se non per invidiam, malitiã, odium, vel

timorem ipsius magistri, amorem vel honorē alicujus promovendi ad aliquod officiū, nec per conspirationē aemulorū aut confederationē, nec p<sup>r</sup>ocurationē alicujus vel aliquorū, nec prece, nec p<sup>r</sup>atio aut alio quocunq<sup>m</sup>, modo illicito inducti, sed pro bono zelo et utilitate prædicti Collegii, et pro utiliori et convenientiori regimine ejusdem et honore testimoniū illud perhibuisse. Episcopus vero Eliensis, vel, ipso in remotis agente seu sede episcopali vacante, Cancellarius dictæ Universitatis, aut eo extra Univ<sup>r</sup>sitatem existente dicatorū Collegiorum (ut præfertur) præpositi de causis criminosis, criminibus, excessibus, et defectibus contra dictū M<sup>r</sup>um expositis summarie, et de plano, et extrajudicialit<sup>r</sup> cognoscat seu cognoscāt: ipso M<sup>r</sup>o vocato ac si voluerit et potuerit præsentē, et si p<sup>r</sup> informationes sufficientes ministratas hujusmodi suggesta quæ ad dicti M<sup>r</sup>i amotionem sufficere debeant, percipiat ceu percipiant esse vera, statim aut saltem intra triduum proximè secuturum ipsum ab officio suo et ab administratione sua removeat seu removeant, sine ulteriore dilatione. Dicti quoq<sup>m</sup> Collegii sociis denuntiet et injungat, seu denuncient & injungant, ut ad electionem novi magistri libere pcedere valeant & debeant juxta formā in his statutis superius expressā, cessantibus appellationis, recusationis, querelæ, aut cujusmodi alterius juris aut facti remediis quibus hujusmodi amotio valeat impediri aut deferri: quæ omnia irita esse volumus et decernimus.

---

### De modo procedendi contra Socios, Scholares, ac Discipulos in majoribus criminibus. Cap. 46.

NON assentimus Stoicis omnia crimina paria facientibus, sed alia aliis graviora aut leviora in eodem genere, omnia fugienda sed majora magis, et idcirco gravior ea sequitur pœna. Qua de causa statuimus ut si contra aliquē sociorum aut discipulorum hujus Collegii infamia oriatur super crimine hæreseos, simoniæ, aut impiæ alicujus ~~aut~~ hereticæ opinionis et dogmatis professione, aut de perjurio manifesto, vel furto notabili, homicidio voluntario, adulterio, incestu, injuriosa vel atroci percussione socii, scholaris, vel discipuli, ei læsionem valde gravem, et a iudicibus infra assignatis ita æstimatam inferente, aut de iniqua et injuriosa (licet nō multum atroci) percussione magistri, præsidis, vel alicujus officiariorū clavigerorū aut doctorū hujus Collegii, aut alicui eorū læsionē, sequentium arbitrorum æstimatione nō mediocrem inferente, vel de furtiva portarum reseratione, vel super eo q̄d notorius fornicator existat, aut quod conspirationes illicitas contra statum Collegii fecerit, vel inierit, vel eas fieri procuraverit, vel facientibus conspirationes hujusmodi præstiterit consilium vel favorem, vel aliquod factū hujusmodi perpetraverit, per quod aliquod damnū, præjudicium, vel scandalū (iudicū hic designatorū sententia multū grave) dicto Collegio generetur. Si in his (inquā) criminibus vel eorū aliquo, in præsentī statuto contentorum, corā magistro et octo senioribus culpā suā publice confessus fuerit, vel per testes idoneos magistri et majoris partis octo seniorum iudicio comprobandos, aut per facti coram eis evidentiam manifeste reus eorum sententia et iudicio convictus fuerit, eum statim a Collegio (magistro et majore parte octo seniorum prædictorum dignū expulsionē iudicantibus) præsentis vigore statuti exclusum et privatum fore ipso facto decernimus absq<sup>e</sup> cujusquam appellationis vel quærelæ remedio.

---

### De Punitione in minoribus Criminibus. Cap. 47.

SICUTI ex scintilla plerumq<sup>e</sup>, neglecta accenditur ignis qui splendidissimas incendit ædes, ita ex delicto impunito creberrime ad perpetranda flagitia crescit audacia, quam ut ab isto Collegio excludamus, statuimus ut si quis socius, scholaris, vel discipulus aut minister crimē aut delictū aliquod

aliquod de levioribus commiserit de quo probabiliter coram magistro solo, vel eo absente aut aliter impedito præsidente et uno decano fuerit convictus veluti inobedientiam nõ pertinacem aut irreverentiam nequaquã gravem contra magistrũ vel præsidentem, aut jurgium breve cum præsidente decanis thesaurariis vel aliis sociis, seu si levis contentio per eum in dicto Collegio vel extra fuerit suscitata vel alio modo leviter excesserit seu deliquerit per quod grave scãdalũ sibi vel Collegio minime generetur: is per ipsum magistrum solum seu eo absente vel ut præfertur aliã impedito, per præsidentem vel unum decanum de commissis increpetur vel si dignius videatur per subtractionẽ convictus sui in Collegio aliquot diebus corripatur, ne postea talia attentare præsument. Et quia sæpe numero ex contrariis sententiis, quod unusquisq; sibi maxime sapere videtur altercationes consistunt quæ nõ in rebus sunt controversiæ sed in homines ipsos sunt contumeliæ verba contumeliosa vetamus et contentiosis verbis utentes graviter tractandos esse mandamus ut postquã de hujusmodi crimine apud M<sup>um</sup> solũ vel eo absente aut aliter impedito præsidentem cum uno decano cõvicti sunt iidem coram ipso magistro solo vel eo absente aut aliter impedito præsidente, senioribus illi assistentibus, vel aliquo seniore per magistrum ipsum vel eo absente præsidentem ad id faciendum constituto objurgatũ veniam ab iis quos læserunt postulent et temeritatem suam publice agnoscant. Quod si qui ex sociis aut discipulis nimis inflati factiosas disputationes suscipiant, et rixosas in scripturis contentiones excitent, iidem ab ipso magistro aut eo absente vel alias impedito præsidente ac decanis gravi aliquo ac digno supplicio afficiantur. Quod si postea in eodem vel consimili sic deliquerint si in statutis alibi de hujusmodi crimine vel delicto vel pœna pro eodem infligenda aut ad quorũ arbitriũ pro eo puniri debeant expressa mentio facta fuerit, tunc secundũ exigentiam eorundem puniantur et castigentur. Sed si in eodem vel consimili sic iterum deliquisse deprehendantur nec in statutis de hujusmodi delicto vel pœna expressa mentio facta fuerit nec ad quorũ arbitrium pro ea puniri debeant: tunc secundum excessus et delicti qualitatem ipse magister solus vel eo absente præsides cum assensu unius decani eos corrigat puniatq; pro commissis per convictus unius vel plurium septimanarum subtractionẽ, si id delicti gravitas exposcere videatur. Quod si discipulus fuerit quem prædictorum judiciis aliter punire præstiterit, tunc ipse magister solus vel eo absente præsides cum consensu majoris partis octo seniorum eundem compellat sive ad lectionem bibliorum tempore prandii, sive ut solus in aula dum cæteri prandeant solo pane et potu vel aqua appositis sedeat, aut per injunctionem ut per horã vel horas cum minime vellet scribat aut componat *χρησίν* de aliqua materia sibi per eos injungenda in bibliotheca aut alibi: Quod quidem scriptum sit paratus corã omnibus quemadmodũ superius memoratũ est ostendere cum prædicti jusserint, ne cõterat tempus inaniter. Qui quidem mandato si nõ effectualiter parebit, augeatur pœna pro inobedientia. Quas pœnas aut correctiones præmissas culpabilis in ea parte absq; contradictionis, appellationis, aut querelæ obstaculo in virtute juramenti sustineat patienter. Verum si crebro hæc eadem perpetraverit, acrius contra eum procedatur prout in aliis statutis plenius continetur; quibus hoc statutũ nihil derogabit sed ipsa in suo robore permanere volumus. Cæterum volumus ut præsides aut decani in cæteris offensiunculis levioris notæ quam hæc sunt quas superius iã commemoravimus cujuspia assistentiã aut assensũ expectent quoties unquã in delinquentem animadversuri sunt, ut puta si quos temporibus aut locis per hæc statuta vetitis Anglicè loquentes, aut indecore vestibus incedentes, aut alios etiã quosvis consimilis notæ erratus admittentes forte conspecturi aut audituri sint, tunc enim volumus ut sic delinquentes coarguãt et pœnis debitis corripiant. Et quoniã sæpe in istis ordinationibus correctiones et punitiones juxta vices agendas decernimus et statuimus: ne ea res posthac in controversiã veniat aut ambiguitatem pariat declaramus nos ita sentire, ut si quis semel vel sæpe in eadem transgressione vel consimili ante primã punitionẽ seu correctionem deliquerit ejus correctio et punitiõ pro eis omnibus et singulis quæcunq; deprehendantur sive diversis

temporibus sive semel duntaxat pro unã vice reputentur et omnia commissã vel delicta sive unum sive plura sunt post primã pro consimili correctione pro secunda vice reputentur quousq; pro aliquo istorũ post primã

Sic.

primã punitionem commissorum puniatur. Ac consimiliter pro tertia vice ac reliquis censemus et ordinamus volentes ~~tantum~~ tamen ne aliquod crimẽ aut delictũ impunitũ remaneat statuimus ut quicumq; de pluribus ad eandem vicẽ juxta hanc nostram declarationẽ pertinentibus sive simul sive distinctis temporibus etiam post suã pro aliis ad aliam quamcunq; vicem attinentibus castigationem fuerit convictus : is pro quolibet corũ puniatur juxta vicem ad quã secundũ hanc nostrã ordinationẽ et declarationem pertineat.

### De subtractione et diminutione convictus. Cap. 48.

CONVICTORES in dicto Collegio eousq; residere volumus quoad ita se gesserint ut nec convictu suo privari nec a contubernio nostro excludi mereantur. Statuimus igitur ut omnibus et singulis Collegii sociis, scholaribus, discipulis et ministris commeatus per nos ordinati, et debitæ sustentationes præstare debeant quamdiu suis superioribus rationabiliter et humiliter in licitis et honestis fuerint obtemperantes et cum sociis suis honeste et modeste se gesserint nec non studio scholastico, lectionibus, disputationibus, ac scientiis seu facultatibus quibus incumbent secundũ formã in iis statutis descriptam diligenter vacaverint ac profecerint, nec non in divinis officiis et obsequiis, præsertim secundum formam in statutis traditam, diligentes fuerint & assidui, ac etiam juramentum suũ ipsi Collegio in eorum admissione præstitum bene conservaverint ac bonis et probis moribus se laudabiliter ornaverint. Quòd si qui in præmissis vel eorum aliquo corã magistro vel eo absente præside ejusve deputato et majori parte seniorum culpabiles reperti fuerint, nisi ad monitionem et mandatum eorũ effectualiter sese correxerint usq; ad emendationem (prædictorũ judicio) condignã cesset in eorũ personis exhibitio cõmeatuũ supradictorum, et ab eisdem vigore præsentis statuti et ordinationis commeatus autoritate sive favore usq; ad dignã (ut præfertur) emendationẽ realiter subtrahantur (statutis aliis hanc pœnam vel aliã infligentibus in suis casibus nihilominus in suo robore permansuris). Præterea nec sic punitis per convictus ad tempus subtractionem liceat ut in opidum interim se prandendi cœnandive gratia conferant, sed in aula Collegii cum suis sodalibus sedeant ac de bonis propriis continuo vel saltem in fine termini thesaurariis pro suo convictu satisfaciant & persolvãt. Id quod donec plene fecerint nihil a Collegii bonis interea recipient. Ita tamen ut privatus non minus quã per commeatum unius septimanæ pro singulis diebus si socius sit duos denarios sin discipulus unũ denarium persolvat. Deniq; hujusmodi correctiones una cum causa illius puniti, et nomine in registro per manũ ejusdem puniti statim scribantur. Decani autem exemplar earũ correctionũ vel pœnarũ omniũ in fine cujusq; termini ante solutionẽ pensionũ et stipendiorum thesaurariis tradere teneantur sub pœna amissionis pensionis suæ pro illo termino ac satisfactionis pro damnis si qua inde Collegio eorum culpa interea acciderint.

### De Statutorũ lectione. Cap. 49.

TAMETSI ignorantia cœca in iis ad quæ observanda astringitur quispiã nemini opitulari debeat sed adversari potius et in eum objici : ne tamen quisquã intra hoc Collegiũ frustra hoc pro defensione adducat. Statuimus ut sint horum Statutorum libri tres, quorum unus remaneat apud magistrũ vel ejus supplẽtẽ vicem, alter vero cathena obligatus in bibliotheca collocetur : tertius deniq; in valida cista in turri cum charta regia uti in statuto de evidentiis prædiximus quã tutissime reponatur. Quòd autem ad statutorum lectionem attinet, volumus ut ad mandatum magistri, vel eo absente præsidis aut ejus supplentis locum omnes et singuli socii scholares et discipuli in sacello Collegii die congruo in quo minus fuerit impedimẽtũ studii aut actus scholastici præcedẽtibus biduũ inter prandendum publicis monitionibus singulis, viz. illis diebus una monitione convocentur



convocentur et convenient in sacello Collegii, primo intra octo dies ante vel post festum Natalis Domini: secundo intra octo dies ante vel post

Pascha: tertio intra octo dies vel circiter ante vel post <sup>natalem</sup> festum Johannis Baptistæ: et quarto intra octo dies vel circiter ante vel post festi Sancti Michaelis Archangeli in Septembri. Quibus sic hora definita congregatis legantur publicè sensim et distincte hæc statuta et ordinationes vel bona pars eorundem ita ut ad minimū omnia et singula statuta et ordinationes hujus Collegii saltem a capite de cultu Dei usq; ad extremū in dictis quatuor vicibus per quatuor portiones proportionales perlegantur. Si quis vero prædictorū hujus Collegii (si in Univ'sitate fuerit) a recitatione statutorū impedimento cessante legitimo p magistrū aut eo absente præsidem ejusve deputatū et majorē partem seniorū approbando abfuerit convictu per quindenā ipso facto privetur.

Nº II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

### De ambiguis et obscuris interpretandis. Cap. 50.

DISTRIBUIMUS jam universis Collegii membris officia simul et officiorum leges quæ si servantur ad amussim et inviolate (quod utiq; vehementer optamus) ex eodem viro haud dubie speramus prodituros qui magnæ tū utilitati tum honori nō solum huic Collegio verumetiam toti regno futuri sunt. Provisum etiam est quoad fieri potest per uniuscujusq; juramentum (quo nihil apud Christianos firmiter aut antiquius haberi debet) ut statuta hæc per nos jam tradita exactissimè servantur a singulis quatenus unumquemq; concernant. Abrogatis igitur quibusvis aliis statutis pro hujus Collegii gubernatione prius excogitantis hæc præsentia cum vera tū salubria pronuntiamus. Quibus observandis tam magistrū quā socios et discipulos astringi volumus reservata nobis nihilominus potestate vel adjiciendi vel minuendi seu reformandi, interpretandi, declarandi, mutandi, derogandi, tollendi, dispensandi, novaq; rursus alia si opus erit statuendi et edendi, non obstantibus his statutis factis et juramento firmatis. Cæteris autem omnibus cujuscunq; dignitatis, autoritatis, status, gradus, aut conditionis existant, ac magistro quoq; ac scholaribus tam sociis quā discipulis omnibus hujus Collegii inhibentes ne cū aliquo dictorum statutorum alicui repugnabunt, condant, et decernant. Quod si forte Cancellarius aut Vice-cancellarius, aut reverendus pater Eliensis episcopus, aut demum quivis alius contrariū attentaverit et novū aliquod statutum a prædictis adhibere molitus fuerit, ab ejus obligatione, auctoritate nostra, magistrum et cæteros omnes tam socios quam discipulos penitus absolvimus, eisque omnibus et singulis interdiximus ne ulli hujusmodi statuto aut ordinationi pareant admittantve quovis pacto, sub pœna perjurii atque etiam amotionis perpetuæ a dicto Collegio ipso facto. Et quoniā in his statutis de legitime convictis frequens mentio facta est, idcirco hic eum legitime censemus convictū fore et declaramus qui vel crimen suum coram iudicibus per statuta requisitis palā agnoverit, vel qui per idoneos testes prædictorū iudicio approbandos id ipsum admisisse comprobabitur, aut demum facto supra nominatis arbitrio satis evidenti manifeste reus innotuerit. Ad hæc quotiescunq; in his statutis mētio fit majoris partis seniorū toties præsentem magistrum quatuor seniores, absente vero magistrum præsidem et quatuor seniores, majorē partem facere declaramus. Quod si præter hæc loca aliquæ ambiguitates oriāt' de quibus aliquod certum statui nō potest, imprimis mandamus ut ad veritatem exquirendam literalē ac grammaticalem sensum pariter et mentē nostrā et piū fundatricis institutum respiciant, et semper præ oculis habeant cui quod maxime congruit illis normā esse cupimus. Quod si inter magistrū et socios, aut inter ipsos socios aliosve quoscunq; nostri Collegii super aliquo articulo statutorū nostrorū dubiū aliquod aut ambiguitas, cōtroversia seu opinionū varietas et discordia oriatur, cujus decisio seu sanus et planus intellectus intra octo dies a tempore exorientis emergentis et commotæ dubitationis computandos nequieverit, inter eos haberi: tunc volumus ut partes dissidentes duos ex Collegio socios eligant qui ita electi quam cito poterint reverēdum episcopum

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

episcopum Eliensem pro tempore existētē in quo sinceram fiduciam ponimus quēq; juxta planum, communem, et literalem et grammaticalem sensum, et ad dubium p'tensum aptiorem omnes hujusmodi ambiguitates interpretaturū, dissoluturū, declaraturum arbitramur ubicunq; intra regnum Angliæ fuerit adeant, vel saltem totā controversiam in duobus scriptis sua ipsorum manu, ac notarii publici subscriptione vel alicujus sigilli authentici appositione munitis eidem reverendo patri significant. Cujus quidem reverendi episcopi determinationi, interpretationi, et declarationi sup prædicto dubio ita ut præfertur disputato, ac ad eum delato faciendis magistrū, præsidē, socios et cæteros omnes dicti Collegii obtemperare volumus, et cum effectu parere sub ipsorū debito juramento Collegio præstito, et pœna amotionis perpetuæ a dicto Collegio si contra fecerint ipso facto. Nolentes quod per consuetudinem ullā aut diurnā quemlibet abusum, aut demū actū aliquem verbis aut intentioni dictorū statutorum in aliquo derogetur. Illud autem imprimis mandamus, et juramentorum suorum meminerint atq; nostrā mentē in ipsis statutis respiciant, magis quā aliquem (qui præter assensū nostrū clā irrepsit) eorundem statutorū abusū. Visitationem autem hujus Collegii reverendis in Christo patribus episcopis Elien: commendamus, quibus et concessimus cujusdam idonei præsentationem qui sit futurus in hoc Collegio socius. Idoneū autem intelligimus qui qualitates habeat easdem quæ describūtur in statuto de qualitate sociorū. Neque enim aliū quempiam recipi volumus a Collegio. Neminē autem illi præsentent nisi talem qui pro suis meritis hoc sodalities dignus fuerit, et cui p cum statutis per omnia conveniat.

De ambiguis interpretandis, et Visitatione. v. Registr. Literar. Coll. D. Joh. fol. 249, 250, &c.\*

### De Visitatore. Cap. 51.

NIHIL adeo bonis legibus firmari unicuiq; potest quin ab iis qui licenter vivere et luxui et libidini fræna laxare student aliquo fraudis commento facile queat illudi. Nos igitur fiducia benignitatis reverendi in Christo patris episcopi Eliensis qui nunc est et successorū suorum freti confisiq; quod orthodoxæ fidei et reipublicæ Christianæ zelo hæc nostra statuta perpetuis futuris temporibus inviolabiliter ad laudem Dei et honorem Collegii observari procurabunt et nitentur, et ea vel eorum aliqua contra nostram mentem et sanctissimū piæ fundatricis institutum minime violare patientur. Statuimus ordinamus et volumus ut episcopus Eliensis qui pro tempore fuerit, quoties per magistrum et quinq; ex senioribus sive per septem seniores reluctantante magistro requisitus fuerit, ad Collegiū valeat et possit accedere, magistrū, præsidem, decanos, thesaurarios, socios, scholares et discipulos Collegii in ecclesiam ejusdē vocare, Collegium tam in capite quā in membris visitare, ac de et super omnib<sup>9</sup> et singulis statum, commodum, honorem, et dicti Collegii statuta, magistri, præsidis, decanorum, thesaurariorum, sociorū, scholarium, discipulorū et ministrorum reformationem et correctionē concernentibus diligenter inquirere, juramentum de dicendo veritatem in præmissis omnibus et singulis ab iisdem exigere, crimina, excessus, delicta, et negligentias quorumcunq; dicti Collegii qualitercunq; commissa in ea visitatione comperta secundum criminū, excessuū, delictorum, et negligentiarū qualitatem et exigentiā debite punire, corrigere, et reformare, ac jurisdictionē suam ordinariā quā volumus, et hoc statuto nostro ordinamus ad eundem episcopū Eliensem et successores suos in perpetuū spectare et pertinere in magistrū et socios dicti Collegii exercere, cæteraq; omnia et singula facere et exercere quæ ad eorū correctionē et reformationem sunt necessaria aut quovis modo opportuna, etiamsi ipsum ad privationē seu amotionem magistri, præsidis, aut alterius cujuscunq; ab administratione vel officio, seu ad amotionem alicujus socii, scholaris, vel discipuli ab eo Collegio (si tamen hoc ipsum statutum et ordinationes exigant) procedere contingat. Eum autem volumus visitatione semel incepta atq;

atq; incohata ut quam cito comode poterit causas omnes dijudicet et determinet ac finē visitationis suæ omnino intra quindecim post ejus ad Collegiū accessionē dies faciat. Statuimus insuper ut in visitationibus Collegii per reverendum patrem Eliensem episcopū quemcunq; pro tempore existētē nullus sociorū aut scholariū contra magistrū aut aliquem aliū illius Collegii quicquā dicat, deponat, detegat vel denuntiet, nisi quod verum credat seu de quo publica vox et fama contra eundem laborat, sub pœnā violationis iuramenti ab iisdem sociis et scholaribus Collegii præstiti: et super excessibus vel delictis in visitatione et inquisitione hujusmodi detecti, denunciati, vel accusati (copiis detectorum et compertorū nominibusq; detegentium eis minime traditis vel ostensis super excessibus et delictis hujusmodi constituti coram domino Eliensi episcopo summarie et de plano procedente personaliter respondeant, et eorum quilibet respondeat per se, correctionem debitam pro iisdem subeāt, et eorum quilibet subeat secundum nostrarū ordinationū et statutorū exigentiā et tenorē: cessantibus quibuscunq; provocationibus, appellationibus, quærelis et aliis juris et facti remediis per quæ ipsorum et cujuslibet eorundem correctio et punitio differri valeat; seu aliās quomodolibet impediri. Si tamē ad privationem magistri aut expulsionem socii, scholaris, vel discipuli agatur, tunc volumus et statuimus ut ostendatur ei detecta, quæ si rationabiliter & probabiliter evitare et justa defensione propulsare nō poterit, volumus ut amoveatur sine appellatione aut ulteriore remedio. Et si quæ alia in membris corrigenda et reformanda fuerint quæ brevitatē temporis corrigi et reformari non poterunt, ea omnia et singula magistro in scriptis tradet qui secundum formā et exigentiam statutorū, et in virtute sanctæ obedientiæ ac sub iuramenti sui violationis pœna hujusmodi corrigenda et reformanda diligēter & fideliter corrigere & reformare studebit & tenebitur. Dissolutaq; visitatione pro esculentis, poculentis, expensis, oneribus, et procurationib<sup>9</sup> ratione visitationis hujusmodi debitis volum<sup>9</sup> et statuimus ut summa pecuniaria in bonæ memoriæ domini Jacobi olim Eliensis episcopi concessionibus et ordinationibus limitata et declarata absq; dilatione qualibet solvatur: Reverendi vero patris episcopi Eliensis cujuscunq; pro tempore existentis consciētia apud altissimū oneramus, et in visceribus Domini nostri Jesu Christi hortamur ut in faciendo et exigendō præmissa secundū Apostoli doctrinā non quærat quæ sua sunt sed quæ Jesu Christi, solumq; Deum habens præ oculis mentis, favore, timore, odio, prece aut pretio coloribus aut occasionibus posthabitis quibuscunq; visitationis, inquisitionis, correctionis, et reformationis officiū diligenter impendat et fideliter in omnibus exequatur sicut coram Deo in ejus extremo iudicio in hoc casu voluerit reddere rationem. His igitur dictis legibus quas tum salubres tum justas existimamus, magistrum et scholares omnes tam socios quam discipulos Collegii divi Johannis Evangelistæ in Cantabrigia regi volumus et gubernari. Quibus si sese diligenter attemperent nihil dubitamus quin adflatus aderit Divini Spiritus qui recta perducet obsequentes ad magnā eruditionē cum pari conjunctam sanctimonia. Neq; enim fas est ambigere quin sacer ille Spiritus qui in quavis congregatione Christianorum residet, præsto sit adjuturus cunctos qui cum fide et purā conscientia conversari conātur justisq; et salubribus monitis obtemperāt, præcipue tamen eos qui studio sacrarū literarū insudāt. Nam ob has potissimū reserandas ille missus fuerat. Cū (inquit) venerit illē qui est Spiritus veritatis ducet vos in omnē veritatem. At quos ducet? nimirū humiles et obsequentes: supra hujusmodi enim requiescit fovens eos, et ineffabilibus eos cōsolationibus reficiens. Sed et istis cum sit ostiarius aperit ac reserit arcana scripturarū. Nihil igitur vobis hæsitandū est quin si studueritis has leges observare parit et unanimes in charitate jugiter cōversari, patri nostro cōplacitū erit suo vos tandē afflarē Spiritu.

Τῶ Θεῷ δοξα.

N<sup>o</sup> II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

## Capitum Index.

De qualitate M <sup>ri</sup> , et ejus officio	cap. 1.
De electione M <sup>ri</sup>	cap. 2.
Juramentum M <sup>ri</sup>	cap. 3.
De præsidis qualitate, & ejus officio	cap. 4.
De octo Collegii senioribus & eorum autoritate	cap. 5.
De decanorum qualitate & officio	cap. 6.
De qualitate & officio thesaurariorū	cap. 7.
De senescalli officio	cap. 8.
De lectorum officio	cap. 9.
De quatuor examinadoribus	cap. 10.
De electione p <sup>r</sup> sidis, lectorū, & aliorū officiar.	cap. 11.
De sociorū qualitatibus	cap. 12.
De sociorū electione ac ipsius circūstātiis	cap. 13.
Jusjurandum electi socii	cap. 14.
De discipulorū electione & qualitate	cap. 15.
De discipulorum juramento	cap. 16.
De duobus prælectoribus, Hebraicæ et Græcæ linguæ, et de lectore medicinæ	cap. 17.
De numero et officio ministrorū sacelli	cap. 18.
De famulis Coll: et M <sup>ri</sup> .	cap. 19.
De pensionariis intra Coll: admittendis	cap. 20.
De cultu Dei	cap. 21.
De iis qui concionibus ad plebem exercitabunt sese	cap. 22.
De sociorum et discipulorum exercitatione scholastica et ser- mone Latino	cap. 23.
De tempore assumendi grad <sup>o</sup> & sacros ordines	cap. 24.
De modestia et morum honestate colenda	cap. 25.
De vestitu et ornatu deque armis nō gest:	cap. 26.
De exitu ab univ <sup>er</sup> sitate & venia petenda	cap. 27.
De promotione et causis deserendi Coll:	cap. 28.
De convictu M <sup>ri</sup> &c. et de computo singulis anni quartis	cap. 29.
De mensis M <sup>ri</sup> et aliorum	cap. 30.
De extraneis nō introducendis	cap. 31.
De cubiculorum distributione	cap. 32.
De pensionibus et stipendiis M <sup>ri</sup> & aliorū	cap. 33.
De vestibus quas liberaturas appellāt	cap. 34.
De pvisione pro M <sup>ro</sup> & aliis ægrotantib:	cap. 35.
De vitanda peste & aeris contagione	cap. 36.
De supervisione terræ & cōput: faciend:	cap. 37.
De expensis eorū qui in Coll: negotiis emittuntur	cap. 38.
De custodia bonorum Collegii	cap. 39.
De cistis et sigillo	cap. 40.
De evidentiis munimentis et scriptis	cap. 41.
De bonis et possessionib: Coll: nō alienandis	cap. 42.
De collatione beneficiorū	cap. 43.
De portis et ostijs	cap. 44.
De modo pcedendi contra M <sup>ra</sup> m criminosū &c.	cap. 45.
De modo pcedendi contra socios &c. in majorib <sup>9</sup>	cap. 46.
De punitione in minoribus criminibus	cap. 47.
De subtractione & diminutione convict <sup>9</sup>	cap. 48.
De statutorū lectione	cap. 49.
De ambiguis et obscuris interpret:	cap. 50.
De visitatore	cap. 51.

[Some memoranda, here omitted, are mere notices of particular circumstances in the Statutes, and do not refer to this copy, but to some other, with a much greater number of pages. They do not seem worth noticing.]

## SELECT COMMITTEE ON EDUCATION, &c.

James Beresford [founder of two fellowships and two scholarships in St. John's College] was chanon of the cath. church of Lichfield, and prebend of Prees in that cathedral, vicar of Chesterfield and Wirksworth—was buried at Lichfield. [Jo. Anstis Garter.]

463

N<sup>o</sup>. II.  
Statutes of  
St. John's College,  
Cambridge.

Scholarships equal to the foundation :

Mr. Ashton's, Mr. Aston's, Mr. Billingsley's, Gilbert's, Gregson's, Heblethaiwt's, Lewis's, Dr. Gwyn's, Bp. Lincoln's, Peterburg; Dr. Lupton's, Mr. Robinson's, Sr. Rob. Wood's, Spalding's, L. Jermyn's, Thurlston's. Worsse; Constable, Keyton, Fell, Beresford, Duckett, Ripplingham, Thimbleby, Walton, Morton, Dowman, Goodman.

